

renti; quia nemini licet propria autoritate se ulcisci. *Nullus. c. de Judicis. ibi: Ne quisquam sibi ipsi promittere valeat ultionem.*

34 *Altera pars ex eo probatur.* Quia omni Jure licitum est, vim vi repellere, *l. vi. ff. de Juslit. & jur. & l. Scientiam ff. ad Legem Aquiliam, ibi: Vi vim defendere omnes Leges omniaque Jura permittunt, & c. Olim. de Restitut. spoliar. ergo pariter licet, retorquere Injuriam in inferentem; dammodo id fiat servato moderamine, quantum necesse est ad necessariam defensionem honoris sui. Neque in tali casu tenebitur quis actione injuriarum, quia non animo injuriandi, sed sui honoris defendendi gratia retorquere fecisse praesumitur.*

35 Quod si vero Provocatus novam Injuriam inferat Provocanti, efficiendo convitium, quod non spectat ad ejus innocentiam defendendam, sed concernit aliud factum, ut si per injuriam appellatus fur, Injuriantem vocaret adulterum, consequenter moderamen inculpatae tutelae excederet, utique illicitè ageret, *Injuria* reus esset, ad eum, ut utique competat actio injuriarum adversus alterum, uti notat Abbas *loc. cit.* & Pirhing *h. t. n. 6.* & habetur etiam in Jure Bavarico *Landrecht Tit. 4. art. 6.* idque defumitur ex *c. Veniens de Jurejurand. ibi: Alternatim vitia inferendo certantur.*

36 Dicitur autem notanter, si fiat in continenti, quia si post notabile intervallum fiat, videtur sapere vindictam, consequenter esse illicitam, casu quo praesentis irrogatur injuria. Quod si verò absenti, vel in scriptis, vel per Notarium, vel Testes irrogatur, non est necesse, ut in continenti retorquatur; cum aliquod intervallum sit necessarium ad hoc, ut retorsio commodè expediri valeat, *arg. l. Sive ingens. 2. §. 43. ff. ad S. C. Terryll.*

§. II.

De Damno dato, & Repressaliis.

S U M M A R I U M.

- 37 Damnum datum quid?
- 38 Dari, vel inferri potest non tantum ex dolo, sed etiam ex culpa Juridica, lata, levi, & levissima.
- 39 In Foro externo ex quavis etiam levissima culpa Juridica oritur obligatio resarciendi Damnum.
- 40 Exemplificatur.
- 41 In Foro interno ad resarciendum Damnum tenetur, non tantum qui ex dolo.
- 42 Sed etiam qui ex culpa illud intulit.
- 43 Non tamen ante sententiam Judicis, si ex culpa levi, vel levissima, vel aliis absque peccato, seu culpa Theologica illud dedit;
- 44 Post sententiam verò etiam in Foro interno tenetur.
- 45 Doli, seu culpa Theologica incapax, & adhibens diligentiam debitam in nullo Foro tenetur ad resarciendum aliquod Damnum.
- 46 Sicut nec, qui illud jure intulit.
- 47 Ratione Damni litigans Damnicifactor tenetur etiam ad expensas litis.
- 48 Si tamen litigavit.
- 49 Ob Damnum casu contingens, nullus tenetur.
- 50 Ob Damnum datum competi Actio ex Lege Aquilia ad illius resarcitionem, & insuper quantum interest, Damnum datum non fuisse.
- 51 Subinde competis haec actio etiam ad duplum, & quadruplum.
- 52 Actio ex effuso, vel dejecto quid importet, & contra quem competat?

Quaeritur I. Quid ad propositum sit, & quot modis contingere Damnum datum? Resp. I. Nominè Damni dati hic non intelligitur illud, quod inferitur amotione rei alienae, & lucri causa, uti contingit in furto, rapina, uluris &c. de quo agitur *Tit. de Furis, de Raptoribus, & usuris &c.* sed nomine Damni dati intelligitur, id quod inferitur corruptione, vel deterioratione rei alienae, sive animatae, sive inanimatae absque lucro vel incommodo Damnicifantis; ut si quis alterius animalia occidat, domum, vel segetes incendat, ac hujusmodi, ob quale damnum de Jure datur Actio Aquilia, vi cuius damnum debet resarciri, & aestimatio rei destructae restitui, *l. 1. & seq. ff. ad Legem Aquil.*

Resp. II. Damnum variè dari, seu inferri alteri potest, videlicet, non tantum ex dolo, sed etiam ex culpa Juridica lata, levi, ac etiam levissima, *l. in Lege Aquilia. 44. ff. Ad Leg. Aquil.*

Quaeritur II. Qualis tam pro Foro externo, quam interno oriatur obligatio resarciendi Damnum datum? Resp. I. Non tantum ille, qui cum injuria, & dolo, seu nocendi animo, sed insuper, qui ex culpa sua, etiam levissimam Damnum proximo intulit, tenetur ad satisfactionem Damni illi. Ita habetur *c. ul. h. t. ibi: Si culpa tua datum est damnum, vel injuria irrogata, seu alius irrogantibus opem forte tulisti, aut hac imperitia tua, sive negligentia evenerunt, jure super his satisfacere oportet: nec ignorantia te excusat; si scire debuisti esse factum injuriam verisimiliter posse contingere.* Haec ibi. Concordat textus *l. in Lege. ff. ad Legem Aquil. ibi: In L. Aquilia etiam levissima culpa venit.* Ratio est; tum quia factum cuique suum, non alteri nocere debet. *l. Fulvium. ff. de Reg. Jur.* Tum quia potior debet esse causa, ejus, qui damnum absque omni sua culpa patitur, quam alterius, qui sua culpa damnum intulit, etsi forsitan levissimam.

Hinc qui per incuriam non extinxit ignem, sicque incendit domum, tenetur, *arg. l. Si servus. §. Si Fornicarius. ff. ad Leg. Aquil.* Idem dic, si quis inconsideratè quidpiam deiecit ex alto, unde alicui transiit damnum illatum est, ubi tenetur etiam ad resarciendum, *arg. l. Si putator ff. ad Legem Aquil.* in qua generaliter dicitur: *culpam esse, cum quod diligenter praevideri poterit, non esset praevistum.* Similiter si Medicus servi curacionem reliquerit, aut imperitè curaverit, *Lege Aquilia* tenetur, *§. Praeterà Instit. de Lege Aquil.* quia imperitia culpae adnumeratur. *l. Imperitia. ff. de Reg. Jur. Caupo, vel Reclor navis in cuius domo, vel navi factum est factum, l. Item exterior. 3. Instit. de Obligat. ex quasi delicto &c.*

Resp. II. Loquendo de Foro interno, certum est, non tantum eum, qui dolo malo, seu nocendi animo, sed etiam illum, qui ex culpa juridica lata alteri Damnum inferit, ad resarciendum illud teneri. De dolo inferente damnum, nemo dubitat ob clara Jura. *Si quis. 6. c. Olim. 7. h. t. cura Concordantiis.*

Alteram partem de Damnicifante ex culpa lata tenent Innocentius, & interpretes in *c. Sicut. 6. de Homicid. Sylvester r. Culpa. n. 5. & 6. Palao r. 23. disp. 3. p. 1. n. 7. Molina disp. 293. n. 7. & communissima aliorum. Ratio est, quia culpa lata supponit gravem culpam Theologicam, dum nempe omittitur illa diligentia, & cautela, quam adhibere solet, & ad grave damnum proximi averendum, quilibet jure naturae tenetur, indeque si illam omittat, causa moralis censetur fuisse damni.*

Resp. III. Quamvis non desint Doctores, veluti Covarruvias de Sponsal. p. 2. cap. 6. §. 8. num. 15. Zoellius in ff. ad Leg. Aquil. n. 6. & alii volentes ex quavis etiam levissima culpa Juridica, in conscientia quoque

quoque oriri obligationem resarciendi Damnum datum, tamen Lugo *Disp. 7. de Jur. & Justit. sect. 3. & 4. Lessius lib. 2. cap. 7. num. 24. Chlenger perger lib. 4. Instit. Tit. 3. q. 9.* & alii communius, & probabilius docent, quod si quis absque peccato mortali, vel veniali, adeoque sine culpa Theologica damnum inferit, ante sententiam Judicis in Foro interno sive conscientiae non teneatur ad damnum resarciendum. Ratio est; quia alioquin ejusmodi Leges essent nimis rigidae, & in Foro animae vix practicae, neque naturae seu conditioni humanae accommodatae, adeoque injustae, *arg. c. Erit autem. D. ff. 4. ubi ad justitiam legis inter alia requiritur, quod sit possibilis secundum naturam &c.* id est, non contineat onus grave, & attentà fragilitate humana importabile, praesertim si id non exigit boni publici emolumentum, cui quantum ad propositum sufficienter providetur, eo quod praedictae personae in Foro externo, & in conscientia saltem post sententiam Judicis obligentur.

Nec dicas. Si talis non tenetur in conscientia ante sententiam Judicis, ergo neque post ipsam, quia poenitentia ejusmodi sententia erit injusta. Respondetur enim negando consequentiam; nam cum ejusmodi leges, volentes resarciri Damnum etiam ex culpa levi, vel levissima illatum, justissimas de causis sint positae, partim ut culibet invigilet amplius, ne sua vel suorum culpa Damnum aliquod proximo inferatur, sicutque pax communis, & publica tranquillitas conservetur; partim ut praevaleant innumeris fraudibus & malis hominum, quae in Foro externo sunt difficilioris probationis; sententia Judicis conformiter dictis legibus lata merito etiam in Foro conscientiae obligat, non obstantè, quod antea necdum adhaerent talis obligatio resarciendi damnum sine omni culpa Theologica illatum.

Resp. IV. Quando Damnum inferens, vel incapax culpae fuit, ut furiosus, vel infans; vel saltem in praevendo damno prius omnem diligentiam adhibuit; aut damnum non cum in curia intulit, is non tenetur ad recompensationem. Prima pars habetur *c. Illud. 15. q. 1. & l. Sed est. ff. ad Legem Aquil.* unde damnum a furioso vel infante illatum reputatur inter casus fortuitos, nisi culpa alicujus alterius praecesserit. Impubes autem si epi doli capax tenetur, ut *ll. c. notatur.*

Secunda pars patet ex *cop. ult. §. fin. h. t. juncto §. 4. & 5. Instit. de Leg. Aquil.* cum Concordantiis. Tertia verò ex eo liquet; quia nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur, *l. Nullus. de Reg. Jur. & nemo damnum facit, nisi id qui facit, quod suere jus non habet.* Hinc damnum in bello justo hostibus illata resarcienda non sunt; quia non in Jure vim vi repellere licet, *l. Scientiam. ff. ad Legem Aquil.* Similiter non tenetur, qui in suo fundo fodien vicini fontem avertit, si non animo nocendi vicino, sed suum agrum meliorem faciendi, id facit, textu claro *l. 1. §. Denique Marcello ff. de aqua pluvia arcend.*

Resp. V. Non solum Damnum illatum tenetur Reus resarcire, sed etiam tenerè litigans condemnandus est victori in expensis litis, quando sententia fertur pro parte praesente, & quidem in causis pecuniariis. Ita tenet Pirhing *Tit. de panis nu. 8. & seqq.* atque defumitur ex *c. Columnia de Pensis. De cetero in causis pecuniariis victus victori in expensis condemnatur.*

Et hoc intelligit non solum, quando alter per callumitiam vel dolum litigat, sed etiam si absque dolo tamen in dubio temper praesumitur contra victum. Si verò talis justam causam litigandi habuit, non debet condemnari, *arg. c. Sacro. 48. §. Verum. de*

Sentent. excommunic. & l. Qui solidum. §. Etiam. ff. de Legatis II. ac tenet glossa magna, *Frem lictibus. de Dolo & contumac.* Alioquin autem ex esse, in quas videtur condemnari debet victori, sunt taxandae à Judice secundum qualitatem litigantium, praenotato tamen per victorem juramento, quod revera tantum expenderit, *arg. c. Olim. de Injuriis.*

Resp. VI. In nullo Foro tenetur aliquis resarcire Damnum, quod casu omnino fortuito, qui praevideri, & evitari non potuit, contingit. Unanimis, & certa, *c. Unici. de Commodato, & l. 1. §. 4. ff. de Obligat. & Act.*

Quaeritur III. qualis detur Actio ob Damnum datum? Resp. juxta jam dicta, dari Actionem ex Lege Aquilia, quae licet tria Capita continet, tamen primum, & tertium de facto sunt in usu, ita ut vi primi Capitis, si Damnum datum in Foro externo, & in conscientia saltem post sententiam Judicis obligentur, quae gregatim pascuntur, uti boves, oves, sues &c. detur aestimatio occisi animalis non tantum, quanti fuit tempore interitus, sed etiam quantum retro fuit per totum annum; ac insuper aestimatio omnis damni, quod occasione occisionis hominis, vel animalis, vel rei alterius deterioratae, destructae &c. contingit, *§. 10. & subsequentiis Instit. Ad Legem Aquil.* Ratione tertii Capitis tenetur ad resarciendum dan num, sive vulnerando hominem, aut pecus, sive deteriorando vel destruendo rem &c. illatum, ac insuper in specie, si animal, quod gregatim non pascitur, veluti canes, aves, ferae &c. occidat, petitur aestimatio rei deterioratae aut peremptae, quanto retro in proximis triginta diebus fuerat, *§. Illud autem 14. Instit. eod.*

Potest etiam in Actione ex Lege Aquilia regulariter loquendo solum petatur aestimatio Damni, & quantum interest Damnicifantis, damnum datum non esse, *Prin. & §. 10. Instit. h. t. Ad Legem Aquil.* tamen dantur casus, in quibus ad plus convenitur Damnicifans, uti ad duplum, qui clam alterius arbores succidit, *l. Fortium 7. §. fin. & l. 8. ff. Arborum sumi in casarum.* Et in quadruplum, qui per vim inferit damnum, *l. 2. ff. De vi bonorum raptorum.* Item ad quadruplum ille, qui tempore calamitatis, puta incendii, tumultus, ruinae, naufragii &c. damnicifacit, *l. 1. prin. & l. 3. §. Non solum ff. de Incendio, ruina &c.* De quibus amplius Civilitas, vide etiam Engel *h. t. n. 36.*

Actioni ex Lege Aquilia affinis est actio ratione ejectionis, vel effusionis, vi cuius ille, qui inhabitat domum, vel cubiculum, ex quo aliquid in publicam plateam, vel in vicum, per quam vulgò transit, effudit, & ejectionem, indeque alteri damnum illatum est, convenitur in duplum, licet inhabitator non est egerit, vel ejecerit; idque ideò, ut Damnicifans sui damni damnicifacionem facilius consequatur; cum aliàs saepe impossibile foret, probationem contra illum facere, qui effudit, vel ejecit; contra quem tamen ipse habitator, qui damnum resarcivit, habet Actionem pro suo interesse, *l. 1. & seq. ff. De his, qui deiecerunt, & ibi Doctores, Engel h. t. num. 36.*

TITULUS XXXVII.

De Poenis.

S U M M A R I U M.

1. Ratio continuationis.

Quia

Quia in praecedentibus Titulis actum est de variis delictis, recto ordine sequitur Titulus de Poenis; quia bonum commune requirit, ne delicta maneant impunita.

§. I.

De Poenis in genere.

S U M M A R I U M.

- 2. Definitur Poena.
- Ubi nulla culpa, ibi nulla poena. Ibid.
- 3. Poena alia est Civilis, alia Criminalis, alia Conventionalis, alia Legalis, alia Judicialis.
- 4. Criminalis alia pecuniaria, alia corporalis: Corporalis alia capitalis, alia non capitalis: & quae haec?
- Ultimum supplicium quid? Ibid.
- 5. Poena ordinaria, & extraordinaria: pro extraordinaria potest etiam ultimum supplicium imponi.
- 6. Poena negativa & positiva quid?
- 7. Regulariter loquendo Iudex inferior non potest augere vel minuire Penas à Jure statutas.
- 8. Bene tamen Princeps supremus.
- 9. Et ex rationabili causa etiam Iudex inferior.
- 10. In Poenis arbitrariis debet Iudex procedere iuxta qualitatem delicti.
- Arbitrium Iudici relictum, semper debet esse regulatum. Ibid. & n. 11.
- 12. Poena arbitraria potest etiam ultimum supplicium esse.
- 13. In dubio pars est eligenda circa impositionem Penarum.
- 14. Ita tamen, ut graviora delicta non nimis clementer puniantur.
- 15. Transgressores Legis incurrunt poenam illius est talem poenam ignorent.

Quaeritur I. Quid, & quotuplex sit Poena? Resp. I. Proprie loquendo, Poena est noxae vindicta, l. Aliud est 13. ff. de Verbor. signific. Id est, Poena est supplicium, quo quis ob delictum afficitur: siquidem ut dicitur, can. 4. dist. 3. Poena proprie dicitur laesio, quae punit & vindicet, quod quisque commisit, seu per culpam delinquit. Nam sine culpa regulariter nemo punitur, quia Poena est mensura culpae, iuxta illud Deuter. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus: simulque poena constituitur in emendationem hominum, l. Si poena ff. de Poenis; quae ratio deficit in eo, qui non peccavit. Dixi regulariter, nam in crimine laesae Majestatis filii etiam innocentes, in deestimationem paterni criminis puniuntur, l. Quisquis C. ad Legem Juliam Majestatis. Et idem fit in nonnullis aliis casibus, ubi subest iusta causa puniendi, ad terrorem caeterorum v. g. etiam innocentes. Unde Reg. Jur. in 6. notatur etiam aliqua limitatione dicendo: sine culpa, nisi subit causa, non est aliquis puniendus.

Resp. II. Poena in primis aliae sunt Civiles, aliae Criminales. Poena Civilis dicitur, quae non tendit ad vindictam publicam, sed ad privatum commodum partis laesae, (& hoc ipso strictè loquendo, non est Poena proprie dicta, bene tamen minus proprie talis.) Et haec subdividitur in Conventionalem, Legalem, & Judicialem. Poena Conventionalis dicitur, quae ex conventionione partium, veluti si quid datum vel factum non fuerit, committitur ac praestari debet; de quo fit sermo c. Constitutus h. t. Poena Legalis est poena civilis, quae à lege imponitur, vel pro reparations Damni illati, vel propter contumaciam, aut contemptum. Tandem Poena Judicialis

est, quae à Iudice inferitur. Poena rursus alia est Spiritualis Ecclesiastica, haecque alia vindicativa, alia Medicinalis, de quibus infra.

Poena Criminalis est, quae tendit ad vindictam publicam. Et haec rursus variè dividitur, videlicet in temporalem, & perpetuam, in pecuniariam, & corporalem: item in capitalem, & non capitalem, de quibus plura infra. Capitalis est, quae adimit vitam hominis vel naturalem, vel civilem. Cujus species plures enarrantur l. Capitalium poenarum. 28. ff. h. t. Inter quas sunt ultimum supplicium, quo vita naturalis admittitur, l. Ultimam. 21. ff. eod. ibi: Ultimum supplicium esse mortem solam interpretatur. Item damnatio ad metallum, & deportatio, quibus aequiparatur exitium perpetuum, & Bannus Imperialis. Poena non capitalis est, quae quis salva vita naturali, & civili coarctetur, uti sunt, Relegatio, fustigatio, membris amputatio, incarcerationis, stigmatis infusio, et. l. Capitalium. 28. §. 1. ff. h. t.

Rursum Poena alia est ordinaria, alia extraordinaria sive arbitraria. Poena ordinaria dicitur, quae à Jure est expressa, ac determinata; sive quam lex, princeps, aut consuetudo induxit, seu praescripsit. Extraordinaria verò, sive arbitraria est, quae nulla Lege, statuto vel consuetudine est definita, sed extra ordinem à Iudice imponenda iuxta arbitrium & prudentiam ipsius pro qualitate delicti, & variis ejus circumstantiis: prout fit, quando Lex actum quidem prohibet, sed poenam non statuit, aut saltem hanc determinat, sed Iudici determinandam relinquit.

Uterius Poena alia est lata, alia ferenda sententiae, alia positiva, quae videlicet aliquam externam actionem ad sui executionem requirit; alia negativa, quae scilicet talem actionem pro executione non requirit.

Quaeritur II. An, & quatenus Iudex possit augere, vel minuire Penas? Resp. I. Regulariter loquendo & sine causa Iudex inferior nequit poenas ordinarias, seu Jure taxatas remittere, vel commutare, multò minus augere. Engel h. t. nu. 3. Zoësius n. 10. Pirhing num. 3. & communis. Ratio est: quia Iudex tenetur servare aequitatem legalem, debetque non de legitimis, sed secundum leges judicare; nam ut dicitur c. In istis dist. 4. In istis temporalibus legibus, cum fuerim influita & confirmata, non licet Iudici de ipsis judicare, sed secundum ipsas. Idem fultus habetur c. Summopere. 11. q. 3. Hinc L. 1. §. Sed non. ff. Ad S. C. Turpilianum dicitur: Facti quidem questio in arbitrio iudicantis est, poena vero persecutio non ejus voluntati mandatur, sed legis auctoritati reservatur, cum concordantibus.

Dixi notanter 1. Iudex inferior: Siquidem Princeps supremus, puta, Rex, vel alius, cui jus aggratiandi vel remittendi Penas ex privilegio & consuetudine competit, uti hodierno tempore id competit Principibus, ac Statibus Imperii, licet potest Reo poenam vel imminuere, vel omnino remittere, hoc ipso, quòd lege humana Superiores censentur, l. Princeps. 31. ff. de Legib. quamvis etiam his cavendum sit, ne nimia sua indulgentia jus publicum vel privatum laedant, vel relinquendo scelera impunita, scandalum & occasionem liberis peccandi praebent.

Dixi 2. Regulariter loquendo & sine causa: si quidem ob speciales circumstantias potest inferior poenas ordinarias, & lege praescriptas imminuere, aut etiam aggravare, l. Aut facta. ff. de Poenis. ubi inter alia dicitur, quantum ad hoc scelera consideranda esse septem modis, causis, personis, loco, tempore, qualitate, eventu. Sic potest Iudex minuire poenam Lege taxatam ratione aetatis, quae

quae nondum sufficiens est ad subeundam poenam, vel ratione imprudentiae, l. Ferè ff. de Reg. Jur. ibi: Ferè in omnibus poenalis iudicis, & avari & imprudentia succurrit. Item ratione senectutis, arg. c. Tomae. dist. 86. vel ob paupertatem, si est Poena pecuniaria; imò & ob qualitatem personae, aut alias circumstantias prudenti Iudici arbitrio pensandas, poterit poena minui; & econtrà potest etiam poena aggravari, quoties nimirum ob ejusmodi circumstantias crimen aggravatur, prout amplius habetur c. l. Aut facta. ff. de Poenis. cum concordantibus. Et quia Jura tribuunt hanc facultatem ex causa poenas temperandi vel aggravandi, Iudices in sententiis criminalibus id observantes, non censentur agere contra legem, sed servare legem, eòdem generali potestate sibi per leges concessa alterare poenas pro exigentia circumstantiarum delicti. Fagnanus c. Canonum statuta. num. 116. de Constit.

Resp. II. Poena arbitraria, seu quae nulli lege sunt definitae, debent regulari ex qualitate delicti, ac personarum. Ita Sebastianus Guazzinus Tract. Ad defensionem Inquisitorum. Tom. 2. Defens. 33. cap. 4. n. 7. post Gomez, & alios. Unde (subdit citatus Author) quotiescunque poena erit arbitraria, Iudex rationem habere debet ad qualitatem delicti & personarum, sique considerare debet senectutem, juventutem, furorem, ebrietatem, iram, ignorantiam, magnam virtutem, excellentiam, & utilitatem Reipublicae, & semper debet inclinare in mitiorem partem, nisi Reus esset solutus delinquere. Ratio horum omnium est; quia poena arbitraria relinquatur determinanda arbitrio prudentis Iudicis: atqui arbitrium hujusmodi debet esse rationi, & Juri conforme, arg. l. Non possunt. ff. de Legib. non enim arbitrium hic accipitur pro arbitrio libero, & absoluto ac pleno voluntatis, sed pro arbitrio regulato à recta ratione, sive pro arbitrio boni viri, quod solet explicari per ly Si iustum putaveritis &c. arg. l. Societatem. ff. pro Socio.

Nam autem hujusmodi Poena extraordinaria, seu arbitraria possit se extendere ad poenam majorem, aut etiam ad poenam mortis, disputant Doctores. Et quidem loquendo de poena mortis, Jason l. Qui jurisdic. num. 4. ff. de Jurisdic. omn. judic. videtur tenere negativam, nisi ejusmodi Iudex sit supremus, ut pura Princeps, arg. l. 1. ff. de Furibus. Verùm communior Doct. rum sententia est, quòd quamvis de Jure, vel consuetudine non sit imposita poena mortis, si tamen atrocitas & qualitas delicti ob speciales circumstantias id exposularet, possit Iudex etiam poenam mortis imponere; sic autem non. Ratio est; quia poena est imponenda secundum qualitatem delicti, arg. c. Non asseramus. 14. q. 1. Et ita tenet Glossa §. In summa. v. Extraordinaria Insti. de Injuriis. Zoësius h. t. n. 15. allegans Abbatem, Engel h. t. num. 2. Guazzini. Defens. 33. cap. 16. cum aliis, quos citat.

Solum nota cum citato Guazzino n. 2. & Engel h. t. n. 5. post Vallenem §. 4. n. 3. & alios, quòd hodie ex praxi omnes poena, ubicunque locorum factae, sint arbitrariae, ac proinde possit hoc tempore Iudex moderari poenas Legum pro varietate circumstantiarum, locorum, personarum. Verùm hoc intelligendum arbitror conformiter dictis n. 9. Nam si delictum non haberet aliquando causam aggravantem, vel minuantem, Iudex teneretur sequi poenam Legum, nec esset locus arbitrio; cum virtute arbitrii Iudici concessi non possit Iudex aliquid facere, quod non sit Juri & rationi consonum per textum num. 7. allegatos, & late probat Menochius de arbitrar. Judic. quest. 9. num. 3. & quest. 77. n. 4. & quest. 87. num. 2. Igitur tunc locum Reiffenhuell Jus Can. Tom. 7.

hinc erit locus Poenae arbitrariae, quòd hinc vel non est lege aut consuetudine determinata, vel saltem aliqua causa extrinseca, sive intrinseca delicto adhaeret, ob quam ea videtur minuenda vel aggravanda.

Hoc tamen adde, quòd stante dubio, aut diversitate Legum intelligentia Iudex semper debet in mitiorem partem declinare, juxta allegata Juris axiomata. Ita obscuris minimè interpretatio facienda est, juxta Reg. 49. Jur. eod. Et in poenalis causis benignius interpretandum est. l. Factum. ff. de Reg. Jur. Nam, ut dicitur c. Alligant. 26. q. 7. Melius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem.

Nihilominus tamen circa Reos in gravioribus criminibus legitime convictos, non nimis clemens esse debet Iudex juxta illud Exodi 22. Maleficos non patieris vivere; ne videlicet Malefactorum sensum multiplicentur, ipsique liberati graviora perpetrent delicta ad gravem Reipublicae perniciem. Attendenda igitur erit doctrina, l. Respicendum ff. de Poenis. data Iudicibus in hac verba: Respicendum est iudicanti, ne quid aut durius aut remissius constituit, quàm causa deposcit: nec enim aut severitatis, aut clementiae gloria ostendenda est, sed propenso iudicio, prout quaeque res exposulata, statuendum est, planè in levioribus causis promores ad lenitatem Iudices esse debent, in gravioribus poenis severitatem Legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequatur. Haec ibi.

Quaeritur III. An, & quando Poena lata, vel ferenda sententiae obliget in conscientia? Resp. ad hoc quaesitum patet Lib. I. Tit. II. §. 9. per totum.

Quaeritur IV. An quis exuletur à Poena ex eo, quòd legem culpabiliter quidem transgrediat, ignorat tamen poenam transgressoribus positam. Resp. Negative. Responso patet ex dictis Tit. III. de Simonia §. 13. à num. 321.

§. II.

De Poenis Ecclesiasticis in specie, praesertim verò de Privatione Beneficiorum, Depositione, Degradatione, Infamia, & Irregularitate.

S U M M A R I U M.

- 16. Definitur Poena Ecclesiastica seu Canonica.
- 17. Afferuntur plures species illius.
- 18. Aliae sunt medicinales: & quae?
- 19. Aliae vindicativae: & quae?
- 20. Inhabilitas ad Beneficia quid sit? & quomodo obliget?
- 21. Privatio Beneficiorum quid? & ex quibus causis proveniat? quando, & quomodo obliget? Remissivè.
- 22. Depositi simplex, seu verbalis, & Degradatio quid?
- 23. Subinde non tantum ex parte imponitur, v. g. ab Officio duntaxat, vel Beneficio. Qui deponi jubetur ab Officio, deponendus etiam est à Beneficio. Ibid.
- 24. Sed non econtrà.
- 25. Depositi in Jure absolute prolata indicat Depositionem verbaletem totalem ab omni munere Clericali.
- 26. Consequenter ab omni Beneficio & Officio, & inducit perpetuam inhabilitatem ad Beneficium.
- 27. Depositi quomodo differat à Privatione Beneficiorum, & à Suspensione?

- 28 *Esti Depofitio verbalis ex natura fua fit perpetua, tamen in certis cafibus difpenfare potefi circa illam Epifcopus.*
- 29 *In pœna Infamiae directè folus fupremus Princeps, indirectè autem etiam alius difpenfare potefi.*
- 30 *Ob quæ crimina quis incurrat pœnam Difpofitionis?*
- 31 *A quo? & quomodo infligi debeat? Remiffivè.*
- 32 *Degradatio, feu Depofitio realis quid?*
- 33 *Ad eam femper requiritur fententia Judicis.*
- 34 *Per Degradationem, non item per fimplicem Depofitionem amittitur etiam Clericale privilegium Fori, & Canonis.*
- 35 *Degradatio fecundùm aliquos imponitur ob quodvis crimen in Jure Civili ultimum fupplicium habens.*
- 36 *Rejicitur hæc opinio.*
- 37 *Ei concluditur, Degradationem incurri ob fola crimina in Jure exprefsa.*
- 38 *Allegantur hæc crimina.*
- 39 *Depofitio fimplex ab Epifcopo, & vacante Sede à Capitulo, & urifque Vicario Generali ex fpeciali mandato fieri potefi, & debet.*
- 40 *Degradatio realis verò, feu folemnis à folo Epifcopo confecrato.*
- 41 *Utraque autem fieri debet affiftente certo numero Prelatorum: & quorum?*
- 42 *Qui non tantùm confultivum, fed etiam decifivum votum habeant.*
- 43 *Ita quidem, ut efi ad Depofitionem verbalem & realem Clerici in Minoribus fufficiat major pars affiftentium.*
- 44 *Tamen Reo exiftente Presbytero unanimis confenfus omnium.*
- 45 *Terminus concors indicat unanimem. Ibid.*
- 46 *Modus & forma, quæ in Degradatione reali feu folemi fervari debet.*
- 47 *Dum Degradatus traditur Curie feculari, debet præmitti interceffio feria contra pœnam mortis: eam omittens non efi irregularis.*
- 48 *Differentia inter fimplicem Depofitionem, & Degradationem: & num. feqq.*
- 49 *Judex laicus, cui Degradatus traditur, non potefi petere, & examinare Proceffum Epifcopi; num ritè fit factus.*
- 50 *Nec inftituere contra Degradatum novum Proceffum; fi delictum efi merè Eccl'fificum.*
- 51 *Benè verò, fi efi mixti fori.*

16 **Q**ueritur I. Quid? & quotuplex fit Pena Canonica, feu Ecclefiaftica? Refp. I. Quamvis communiter recepta fit definitio *Pœna Canonice* à Doctore noftro fubtili data in 4. diff. 25. q. 1. §. In ifta quaftione, illis verbis: *Pœna Canonica efi pœna inflicta per Canones, vel fecundùm Canones prohibens, vel arcens punitum, ab aliquo gradu Ecclefiaftico, qui aliis fibi liceret: prout jam diximus, & explicavimus in Theologia nofta Morali, Tr. 13. q. 4. à n. 45. Nihilominus quia dantur plures Pœnæ Ecclefiafticæ per SS. Canones præfcriptæ, quibus præfatæ definitionis ultima verba non conveniunt, idè Pœnam Canoniceam, feu Ecclefiafticam magis largè, & prout omnes Ecclefie pœnas comprehendit, definiendo, & omitendo ultima præfatæ definitionis verba, benè dicitur: *Pœna Ecclefiaftica feu Canonica efi, quæ ab Ecclefia, feu potefiate Ecclefiaftica per Canones, vel fecundùm Canones, infligitur.* Definitio patet ex terminis, fola notanda verba per *Canones*, quibus verbum indicatur pœna ipfo Jure, feu ipfo Canone jam impofita, confequenter jam latæ fententiæ exiftens; & vel *fecundùm Canones*, quibus verbis innuitur pœna per fententiam primùm juxta præfcriptum*

tamen SS. Canonum ferenda: fi enim his conformiter non infligeretur à Judice, foret injufta.

Refp. II. *Esti* rursus apud communem Theologorum *Pœna Canonica* feptem duntaxat numeret fpecies fequentes, videlicet *Depofitionem, Degradationem, Infamiam, Irregularitatem, Excommunicationem, Sufpenfionem, & Interdictum*, prout loc. cit. in Theologia nofta Morali annotavimus, tamèa fumendo *Pœnam Canoniceam*, feu *Ecclefiafticam* in fenfu definitionis num. præced. datæ; *Pœna Ecclefiaftica*, feu *Canonica* ad propofitum benè dividitur in eam, quæ imponitur in Foro interno, feu pœnitentiæ (de qua *Tit. feq.*) & in eam, quæ infligitur in Foro externo, feu judiciali: quæ pœnæ rursus fubdividuntur in *vindicativas*, & *medicinales*.

Medicinales funt, quæ propter culpam imponuntur ad hoc, ut per eam fidelis emendeur; & à contumaciâ defiftat, & funt ipfæ *Cenfuræ Ecclefiafticæ, Excommunicatio videlicet, Sufpenfio, & Interdictum*, de quibus infra *Tit. XXXIX.* per totum ex profello.

Vindicativæ funt, quæ tendunt ad vindictam Delinquentis, ac propterè propriè *Pœnæ* dicuntur juxta definitionem num. 16. datam: quarum plures, præcipuè verò fequentes inveniuntur in Jure Ecclefiaftico, videlicet. I. *Inhabilitas* ad Beneficia, Dignitates, & Officia Ecclefiaftica. II. *Privatio* illorum prius ritè obtentorum. III. *Depofitio*. IV. *Degradatio*. V. *Infamia*. VI. *Irregularitas*. VII. *Pœna pecuniaria*. VIII. *Carcer*, feu *Incarceratio*. IX. *Deftitutio* in arctum Monafterium. X. *Tortura*. XI. *Verberatio*, feu *flagellatio*. XII. *Exilium*, feu *relegatio*. XIII. *Confifcatio bonorum*. De quorum sex prioribus, utpote magis fpiritualibus in præfenti; de reliquis verò in fequenti §. agemus. Hinc

Queritur II. Quid fit *Inhabilitas* ad Beneficia, Dignitates, & Officia Ecclefiaftica? & quomodò obliget? Refp. *Inhabilitas* ifthæc efi *pœna Ecclefiaftica*, quæ quis *inhabilis*, & *ineptus* redditur ad validè recipiendum Beneficium, Officium &c. Ecclefiafticum; adeò ut collatio ipfo factò, & ante omnem fententiam fit nulla. Communis & certa patetque ex dictis *Lib. I. Tit. II. de Conftitut. §. 10. n. 226.* ubi generaliter docuimus pœnas ab ipfo Jure impofitas, quæ nullam externam executionem requirunt, fed potiùs in negatione & carentia, feu abftinentia confiftunt, itatim obligare in confcientia. Vide ibidem.

Queritur III. Quid, quotuplex, & quomodò intelligenda fit, ac quomodò obliget *Privatio* Beneficij, Dignitatis &c. Refp. I. *Effè* pœnam Ecclefiafticam, quæ quis *privatur* Beneficio, Dignitate, vel Officio Ecclefiaftico priùs ritè obtento; quæ pœna quot modis, & ex quibus caufis proveniat? & quos effèctus habeat? quomodò, & quando obliget in confcientia? vide *Lib. III. Tu. V. de Præbend. & Dignit. §. XII. per totum.*

Queritur IV. Quid, & cujus effèctus fit *Depofitio fimplex*, feu *verbalis*? ac ob quæ crimina contrahatur? Refp. I. *Depofitio verbalis*, (quæ etiam *Degradatio verbalis* dicitur) efi *pœna Ecclefiaftica*, quæ Clericus quis perpetuò privatur Ordine & munere Clericali, v. g. Sacerdotali, & Epifcopali, non quidem quoad characterem, cùm fit indelebilis, *can. Obedientia. 30. diff. 4. de Consecrat.* fed quoad exercitium Ordinis, celebrationem, abolitionem &c. & hoc ipfo etiam ab Officio & Beneficio. *Suarez de Conjuris. diff. 30. fecl. 1. Navarrus Manual. cap. 27. n. 11. Layman. lib. I. tr. 5. p. 3. cap. 5. à n. 1. Barbosa de Offic. & potest.*

testat. Epifcop. allegat. 110. n. 1. cum Comuni, arg. c. At fi Clerici. 4. de Judiciis. c. Ut Clericorum. 13. de Vita & honestat. Clericor. c. Infirmatum 13. de Simon. c. Latoris. 4. de Clerico & comm. miniftr. cum Concordantis.

23 *Dicitur autem notanter Depofitio verbalis abfolutè accepta; quia in Jure Depofitio fubinde non abfolutè & totalitè, fed ex parte duntaxat, v. g. à folo Beneficio, vel à folo Officio imponitur; cui definitio præfata non convenit, cùm non totalis, fed tantùm partialis fit, & ut talis fervari debet; ita tamen, ut efi in Jure jubetur quis deponi à folo Officio, nullà factà mentione de Beneficio, exinde ab ipfo etiam Beneficio indirectè etiam deponendus fit, hoc ipfo, quòd Beneficium detur propter Officium, uti cum Gloffa in *can. 1. cau. 1. q. 3. primè*, & *Suarez loc. cit. nu. 14.* benè obfervat *Layman. loc. cit. n. 2.**

24 *Quòd fi tamen in Jure quis à folo Beneficio deponi jubetur, hoc ipfo ab Officio, & Ordinibus depofitus, vel deponendus non efi.* *Layman loc. cit. Suarez loc. cit. arg. c. Odiâ reftring. &c. In pœnis de Reg. Jur. in 6.*

25 *Cæterum fi præciè, & fine addito à Jure quis jubetur deponi, intelligitur Depofitio verbalis totalis à munere clericali, quæ fieri folet, & debet per fententiam orèntem ferendam; cùm hæc propriè, & fimpliciter loquendo fit depofitio.* *Barbosa loc. cit. nu. 2.* plures alios citans, *arg. c. 2. h. t. in 6.*

26 *Porrò hæc Depofitio femper etiam fecum trahit privationem ab omni Officio, & Beneficio, hoc ipfo, quòd privatus Ordine & munere Clericali Officium, vel exercitium aliquod Ordinis vel muneris Clericalis habere, confequenter Beneficio, quòd propter Officium datur, fuit amplius non poffit. Et quoniam Depofitio ex fe efi perpetua, hoc ipfo etiam ad omne Beneficium perpetuò inhabilis evadit Depofitus, uti cum aliis benè obfervat *Suarez de Cenfuris diff. 30. fecl. 1. num. 5.* volens *Depofitionem* quamlibet etiam à folo Beneficio importare perpetuam inhabilitatem ad quodvis Beneficium.*

27 *Colliges, qualiter Depofitio differat à Privatione Beneficij, & à Sufpenfione: à Privatione quidem differt, quia hæc præter alios fuos effèctus ex natura fua non reddi inhabilem ad alia Beneficia; benè verò Depofitio: à Sufpenfione verò, quia hæc ex natura fua non efi perpetua, fed medicinalis, nec privat ipfo Jure Beneficio, fed adminiftratione duntaxat, & perceptione fructuum ad tempus, uti patet ex dicendis infra *Tit. XXXIX.**

28 *Notandum tamen hic, quòd, efi juxta dicta Depofitio verbalis ex natura fua fit perpetua, tamen Epifcopus poffit peractam pœnitentiam difpenfare poffit cum Depofito, eumque reftituere in ftatum priſtinum, fi ob Adulterium, vel aliud minus crimen depofitus fuit.* *Abbas in c. At fi Clerici. 4. h. t. n. 4. & ibi Barbosa n. 8. Gonzalez n. 1. Layman loc. cit. n. 5. textu expreflo cit. c. At fi Clerici h. t. ibi: De Adulteris verò, & aliis criminibus, quæ funt minorâ, potefi Epifcopus cum Clericis poſt peractam pœnitentiam difpenfare.*

29 *Nec obſtat, quòd Depofitus fit infamis, can. Infames. 17. cau. 6. q. 1. cum infamibus autem folus Papa difpenfare poffit, arg. c. Cùm te. 23. de Sente. & re judicat. l. 1. ff. de Poſtulat. Refp. enim, quòd quamvis directè famæ reſtitutio foli Papæ, aut fupremo Principi competat, tamen indirectè famæ reſtitutio, & quæ per quamdam confequentiam fit, etiam ab alio fieri queat, cit. l. 1. §. 10. v. Pro quo ff. de Poſtulat. Hinc efi Epifcopus in pœna Infamiae difpenfare directè non valet, nihilominus*

quia per Jura citata potefi difpenfare tollere pœnam *Depofitionis*, indirectè etiam tollere poterit pœnam *Infamiae* inde ortam. *Abbas in cit. c. At fi Clerici. 4. de Judiciis. num. 15.*

Refp. II. Quamvis crimina, ob quæ pœnam *Depofitionis* Jura imponi volunt, funt varia; veluti, *Adulterium, Concubinatus, Simonia notoria, Stuprum, Inceſtus, Furtum, Perjurium, Homicidium*, & his graviora crimina, imò & minorâ, uti in Titulis de his criminibus habetur, & defumitur etiam ex *c. At fi Clerici. 4. §. de Adulteris, de Judiciis. Barbosa de Offic. & potefi. Epifc. Allegat. 110. Sa v. Depofitio. Pirhing h. t. num. 19.* cum communi Doctòrum, praxi tamen & confuetudo in plerifque locis jam obtinuit, quòd pœna *Depofitionis* non niſi propter crimina valde enormia, & publicè valdè ſcandalofa prudenti Judicis arbitrio dignofcenda infligatur; uti benè advertunt *Abbas in c. At fi Clerici de Judiciis. nu. 33. Layman. lib. 1. tr. 5. p. 3. cap. 5. n. 2. Palao tract. 29. diff. 4. pun. ult. nu. 4.* Cujufmodi utique foret *Homicidium* voluntarium & præmeditatum, *Adulterium*, vel *Stuprum* violentum, *Furtum* facilem rei pretioſæ, continuata poſt factas monitiones, *Fornicatio notoria*, *arg. c. Si autem. 6. de Cohabit. Cleric. & mulier. Concilium Trident. Sefi. 22. in Decreto de obſervandis in Decreto Miſſæ, ubi exprefiè mandatur Epifcopis, ut neminem, qui publicè & notoriè criminoſus fit, fancto Altari miniftrare permittant. cum Concordantis.*

A quo autem, & quomodò fieri poffit, ac debeat, dicitur infra à num. 39.

Queritur V. Quid? cujus effèctus fit *Degradatio*, & ob quæ crimina inferatur? & qualiter infligatur? Refp. I. *Degradatio*, (quæ etiam *Depofitio realis* vocatur) efi pœna Ecclefiaftica, quæ Clericus Ordine, & munere Clericali, confequenter etiam omni Beneficio & Officio, nec non privilegio Fori & Canonis, per fententiam folemniè & authenticè perpetuò privatur, & traditur Curie feculari, ab eadem juxta leges puniendus. *Barbosa loc. cit. n. 4.* cum Comuni & cæta aliorum, *arg. c. Cùm non ab homine de Judic. c. Degradatio 2. de Pœnis in 6.*

Dicitur autem notanter *Primò, per fententiam*: Tum quia non infligitur ipfo Jure, fed à Judice Ecclefiaftico, & per fententiam Canoniceam debet imponi. Tum quia ad *Degradationem* requiritur certa folemnitas à Jure præfcripta, præfertim *c. Degradatio, de Pœnis in 6.*

Dicitur *Secundò*, in definitione *Degradationis*, nec non privilegio *Fori & Canonis*. Siquidem per *Degradationem*, feu *realem* (non tamen per folam verbalem *Depofitionem*) privatur quis omni privilegio Clericali tum Fori, tum Canonis. Privilegio quidem Fori, in quantum eicitur à Foro Ecclefiaftico, & traditur Curie feculari, ita ut fit conſtitutus fub jurifdictione Magiftratus fecularis, à quo proinde, quali efi Laicus, poffit capi, incarcerari, atque juxta Leges Civiles de commiffis criminibus puniri: quamvis, ut habetur *c. Novimus. de Verbor. ſignificat.* dum Clericus degradatus propter fua delicta traditur Curie feculari, debeat Ecclefia efficaçiter intercedere, ut circa mortis periculum circa cum fententia moderetur. Privatatur etiam Clericus degradatus privilegio Canonis, ita ut ejus inſuor, aut percuſor, quamvis injuſtus, non incurrat *Excommunicationem* latam in percuſores Clericorum. *arg. cit. c. Novimus. ibi: Degradatus tanquam exutus privilegio Clericali, ſeculari Foro per confequentiam applicetur.* Concordat *c. Degradat. de Pœnis in 6. ibi: Degradatus, & eximus te omni Ordine, Beneficio, & Officio*

Clericali. Dum eontra Degradatus verbaliter don- taxat, & simpliciter depositus privilegium Clericale retinet. Gloſſa in cit. c. 2. de Pœnis in 6. v. Privilegio Clericali, & ibi Barboſa n. 9.

35 Queritur VI. Ob quæ crimina imponatur pœna Degradationis & traditionis Curie ſeculari? Non deſerunt, docentes, quod in omnibus delictis, pro quibus ſecundum Leges imponitur pœna mortis naturalis, quoad Clericos ſuccedat pœna Degradationis & traditionis Curie ſeculari: eod quod in hujusmodi delictis atrociffimis non inveniatur aliqua pœna Canonica, quâ Reus poſſit condignè puniri; cum ſecundum Canones nunquam imponatur pœna mortis corporalis, arg. c. Clericus, & c. Sententiam. Ne Clerici & Monachi &c.

36 Sed hanc opinionem rejicit Fagnanus in c. Cum non ab homine de Judiciis. n. 60. Quia, inquit, Eccleſia habet pœnam carceris perpetui, quæ proportionatur pœnæ mortis naturalis, ſaltem quando deſertus debet ſuſtineri pane & aquâ, ſive ut loquitur textus in c. Novimus. §. ſin. de Verbor. ſignific. Pœnæ doloris, & aquâ anguſtiæ. Sic enim Clericus delinquens non eſt impunitus, in d. acriter affligitur; quia minor eſt pœna ſtatim mori, quàm diu affligi, & ſalutem non ſperare, arg. c. Nichil enim. il. 2. de Conſecrat. diſſ. 5.

37 Reſp. proinde cum citato Fagnano n. 38. & ſeqq. Pœnam Degradationis imponi tantum in caſibus à Jure expreſſis. Probatur id ex eo; quia Lex Civilis in multis caſibus imponit Laico pro certis flagitiis pœnam mortis; Lex Canonica verò aliam pœnam, quàm Degradationis actualis, & traditionis Curie ſeculari: Sic enim Laicos imponitur pœna mortis, l. Quamvis hæc, 2. C. Ad Legem Juliam de Adulteriis ibi: Sacriligos autem nuptiarum gladio puniri oportet. Et tamen pro Adulterio Clericus ſecundum Canones non degradatur, ſed ſimpliciter deponitur, & in Monasterium detruditur, c. Si quis Clericus. diſſ. 81. Item pro Rapto Lex Civilis imponit Laico pœnam ultimi ſupplicii, l. un. C. de Rapto Uirginum: ſed Clerico imponitur non pœna Degradationis, ſed Depoſitionis, can. de Puellis. 36. q. 2. Omitto alia exempla, quæ reſert Fagnanus loc. cit. num. 83. & ſeqq.

38 Porro Crimina, pro quibus Jure Canonico Clericus imponitur pœna Degradationis & traditionis Curie ſeculari, ſunt ſequentia: I. Heræſis, c. Excommunicamus. §. Dammati &c. Ad abolendam, de Heræticis. II. Crimen falſificationis litterarum Apoſtolicarum c. Ad falſariorum, de Crimine Falſi. III. Crimen inſidiarum, & conſpirationis in proprium Episcopum, c. Si quis Sacerdotum, & c. Statuimus. 11. q. 4. IV. Crimen aſſiſſinatus in Clerico, arg. c. Pro humani, de Homicidio in 6. V. Incorrigibilitas Clerici poſt ſervatos aliarum pœnarum gradus, arg. Cum non ab homine, de Judiciis. VI. Crimen nefandum contra naturam, ex Conſtitutione B. Pii V. quæ incipit: Horrendum illud ſcelus. VII. & VIII. Celebratio Miſſarum, vel Auditio Confeſſionum à non Presbyteris, ex Conſtitutione 81. Clementis VIII. & incipit: Eſt aliis &c. IX. Falſificatio Monetarum in Italia, per Conſtitutionem Urbani VIII. quæ incipit: In Suprema. De quibus plura Fagnanus loc. cit. n. 68. & ſeqq.

39 Queritur VII. A quibus, & quomodo fieri poſſit, & debeat tam verbalis, quàm realis Depoſitio, ſeu Degradatio? Reſp. I. Depoſitio ſimplex ſeu verbalis à proprio delinquentis Clerici Episcopo ſaltem confirmato, eſt nondum conſecrato (cum non ſit actus Ordinis, ſed Jurisdictionis) vel ejus Vicario Generali fieri poſſit & debet, ut colligitur ex Concilio Trident. ſeſſ. 14. de Reformat. cap. 4. Et quoniam Sede vacante Capitulum in Jurisdictione

Episcopi ſuccedit c. His quæ 11. & c. Cum olim de Majori. & obediunt. ab eodem Capitulo, vel ipſius Vicario Generali de ſpeciali Capituli mandato fieri etiam poterit. Caſtro Palao Tract. 29. Diſp. 4. p. ult. n. 7. & alii communiter.

Reſp. II. Degradatio realis, ſeu actualis & ſolemnis, non niſi ab Episcopo conſecrato fieri poſſit. Barboſa de Offic. & potest. Episc. Allegat. 110. n. 24. Layman. loc. cit. n. 5. cum Gloſſa communiter recepta in c. Tranſiſſum de El. Clon. v. De talibus, arg. cit. Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 4. ibi: Per ſeipſum. Ratio eſt; quia, ut ibidem bene notat Gloſſa, Degradatio realis videtur actus Ordinis Episcopalis, conſequenter non niſi ab Episcopo conſecrato fieri poſſit.

Reſp. III. Quamvis olim tam ad Depoſitionem ſimplicem, quàm Degradationem Clerici realem neceſſarius fuerit certus numerus Episcoporum, ita quidem ut exiſtente Reo Presbytero, ſex Diacono, aut Subdiacono, tres alii Episcopi una cum proprio præſentes eſſe debuerint, can. Felix. 4. can. Si autem. 5. cau. 15. q. 7. juncto c. 1. de Heræticis in 6. tamen hodie ad utramque ſufficit; ſi loco Episcoporum tot adſint Abbates uſum Mitre & Baculi habentes, vel hiſ deficientibus totidem alii in Dignitate conſtituti, ætate graves, & ſcientia præclari Clerici. Sic enim noviffimè ſtatutum habetur à Concilio Tridentino ſeſſ. 13. de Reformat. cap. 4. ibi: Cum verò iam gravia nonnunquam ſint delicta ab Eccleſiaſticis commiſſa perſonis, ut ob eorum atrocitatem eſt factis Ordinibus deponende, & Curie ſeculari ſunt tradende: in quo ſecundum ſacros Canones certus Episcoporum numerus requiritur: quos ſi omnes adhibere diſſicile eſſet, debita Juris executio differretur: ſi quando autem intervenire poſſent, eorum veſtitia intromitteretur: propria ſtatim & decrevit Episcopo per ſe, ſeu illius Vicarium in Spiritualibus generalem, contra Clericum, in facis etiam Presbyteratus Ordinibus conſtitutum, etiam ad illius condemnationem nec non veralem Depoſitionem, & per ſe ipſum eum actualem atque ſolemennem Degradationem ab ipſis Ordinibus & gradibus Eccleſiaſticis; in caſibus, in quibus aliorum Episcoporum præſentia, in num. à Canonibus deſinito, requiritur, etiam abſque illis procedere liceat: adhibitis tamen, & in hoc ſibi aſſiſtentibus totidem Abbatibus, uſum Mitre & Baculi ex privilegio Apoſtolicò habentibus, ſi in Civitate aut Dioceſi reperiri & commode intereſſe poſſint; alioquin aliis perſonis in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, quæ ætate graves, ac Juris ſcientiâ commendabiles exiſtant.

Porro iis, ſive Episcopis, ſive Abbatibus, ſive aliis Clericis, qui juxta dicta neceſſariò præſentes eſſe debent, non tantum conſultivum, ſed etiam deciſivum votum competit, ita ut ſine ipſorum voto & aſſenſu Episcopus nec ad Depoſitionem, nec ad Degradationem venire valeat, can. Episcopus. cau. 15. q. 7. c. Non poſſit. 3. de Sentent. & re judicat. Etiam poſt Concilium Tridentinum; cum ab ipſo circa hoc punctum niſi ſit immutatum, uti cum Communiori rectè obſervat Barboſa loc. cit. n. 26.

Et quamvis juxta receptam ſententiam ad Depoſitionem verbalem, ſeu realem Clerici in Minoribus conſtituti ſufficiat conſenſus majoris partis præſentium Requiſitorum, eod quod regulariter loquendo, & ubi aliud de Jure ſpecialiter non requiritur, quæcunque à majori parte ſunt, ab omnibus geri cenſetur, c. De hiſ, quæ à majori. & l. Quod major. 19. ff. ad Municipal.

Idque ob paritatem rationis. Sylveſter v. Degradatio. num. 1. & 3. cum Gloſſa in c. Cum olim. de Sentent. & re judicat. v. Præſentes. extendit etiam ad Depoſitionem Clerici in Majoribus conſtituti; tamen probabilior, & communior ſententia eſt; ſaltem ad Sacerdotis Depoſitionem requiri unanimum conſenſum præſentium Requiſitorum, Bar-

Barboſa cit. Allegat. 110. n. 28. Abbas in c. Non poſſit. 3. de Sentent. & re judicat. nu. 16. Felinus n. 5. Inola, & alii, arg. cit. c. Non poſſit. tibi expreſſe requiritur concors Sacerdotum ſententia, qui terminus concors non niſi in unanimi ſententia, arg. c. In caſis. 3. de Election. ubi factum concorditer opponitur factò à majori parte.

Reſp. IV. Modus, & forma ſolemnitatis, quæ in Degradatione ſervari debet, præſcribitur c. Degradatio. 2. §. Actualis verò h. t. in 6. & Pontificali Romano, vi cujus, poſtquam à præſentibus requiſitis aſſiſtentibus per Episcopum Degradatio decreta eſt, Clericus Degradandus ſacris veſtibus indutus, in manibus habens instrumenta Ordinis, à quibus degradatur, competentia, ad Episcopi præſentiam ducitur: Episcopus autem aſſiſtentibus ſibi ſupra dictis Eccleſiæ Prælatiſ, & præſente Judice ſeculari, in Eccleſia vel alio loco ſacro, Ordine retrogrado, id eſt, incipiendo ab illo, quod in ultima Ordinatione acceperat, uſque ad primum, quod datur in collatione primæ Tonſuræ, eum veſtibus, & ornamentis ſacris cum certa veſtorum forma exiit, & tandem caput radit, ac præmiſſis efficacibus & ſeris interceſſionibus, ut citra mortis periculum ſententia circa eum moderetur, tradit Judici ſeculari; prout moſtibus habetur: cit. c. Degradatio. §. h. t. in 6. Actualis verò, ſive ſolemnis celeſtis militie militis, eſt, Clerici Degradatio, eod cum eam fuerit procedendum, ſet, ſi ex auctoritate ejus, qui militie deſervit armato, cui militaria detrahuntur inſignia, ſicque à militie remotus caſtris rejicitur, privatus conſortio & privilegio militari. Clericus igitur degradandus veſtibus ſacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentum ſeu ornamentum ad Ordinem ſuum ſpectans, ac ſi deberet in Officio ſuo ſolemniter miniſtrare ad Episcopi præſentiam adducatur: cui Episcopus publicè ſingula, ſive ſim veſtes, culicis, liber, ſeu quævis alia, quæ illi juxta morem ordinandorum Clericorum, in ſua Ordinatione ab Episcopo fuerint tradita, ſeu collata ſingulariter auferat, ab illo veſtimento, ſeu ornamentum, quod datur & traditum ſuit ultimo inchoando & deſcendendo gradatim Degradationem continet, uſque ad primum veſtem, quæ datur in collatione primæ Tonſuræ: tunoque radatur caput illius, ſeu tondeatur, ne Tonſura ſeu Clericatus veſtigium remaneat in eodem. Poterit autem Episcopus in Degradatione hujusmodi uti verbis aliquibus ad terrorem illi oppoſitis, quàm in collatione Ordinum ſunt prolata dicendo Presbytero hæc vel ſimilia verba in remotione planctæ: Auferimus tibi veſtem Sacerdotalem, & te honore Sacerdotali privamus: ſi que in remotione reliquorum inſignium ſimilibus verbis utens. In ablatione ultimi, quod in collatione Ordinum ſuit primum infra ſcripto, vel alio ſimili modo pronuntiet, ſive dicat: Auctoritate Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ac noſtræ, tibi auferimus habitum Clericale, & deponimus, degradamus, ſpoliamus, & exuimus te omni Ordine, beneficio, & privilegio Clericali.

Dicitur autem notanter: præmiſſis efficacibus interceſſionibus, quia, quamvis multi, inter quos etiam Suarez eſt, velint, Episcopum non incurrere Irregularitatem, etiam ſi ſine hujusmodi interceſſione tradat Degradatum Curie ſeculari; Tum quia in c. Novimus de V. S. dicta interceſſio ad evitandam Irregularitatem non præſcribitur; & vel inde eâ omiſſa Irregularitas non contrahitur, upote, quæ non niſi in caſibus à Jure expreſſis incurritur, c. Is qui. 18. de Sentent. excommuni. in 6. Tum quia c. Episcopus. 3. Ne Clerici, vel Monachi in 6. eum, qui cauſam ſanguinis juſtitie alterius delegat, Papa ab Irregularitate abſolvit; nulla factâ mentione de tali Reiffenſuel Jus Can. Tom. V.

interceſſione vel proteſtatione contra pœnam ſanguinis, dummodò hanc non demandet; tamen ſecurus eſt, ut talis interceſſio præmittatur, præſertim quia ea, eſt non ſub Irregularitate, tamen expreſſe præſcribitur. c. Novimus. De V. S.

Cæterum ex hiſ collige, quomodò Depoſitio, & Degradatio differant. Nam quamvis hæc duæ pœnæ Canonice in multis conveniant, addet ut quandoque pro eodem accipiantur, differunt tamen, quod Degradatio actualis habeat aliam & majorem ſolemnitatem, includat etiam actionem realem, privationem omnis privilegii Clericalis, ac traditionem Curie ſeculariſ; non item Depoſitio verbalis. Item quod Depoſitio etiam ab Episcopo non conſecrato, ejuſque Vicario generali, item Sede vacante à Capitulo, & illius Vicario generali fieri poſſit, Degradatio verò à ſolo Episcopo conſecrato juxta dicta.

Addit Fagnanus in c. Requiſivit. de Ordinatis ab Episc. n. 74. quod ab Officiis & Dignitatibus Eccleſiaſticis non fiat ſolemnis Degradatio, ſed verbalis tantum Depoſitio ſeu privato per ſententiam. Nam ut declarat Pontificale Romanum; Propriè loquendo quis à Dignitatibus & honoribus deponitur, ſed ab Ordinibus degradatur. Et ratio diverſitas eſt; quia Officia & dignitates ſicut nudâ voluntate eod verbo conſecti, & ita auferri poſſunt: at in collatione Ordinum non ſufficit ſola voluntas eod verbum, ſed opus eſt factò. Hinc idem Fagnanus in c. Cum contingat. de Aſtat. & qualitat. Ord. n. 62. ait: quod ſolemnis Degradatio niſi aliud ſit, quàm actualis Depoſitio ab Ordinibus ſuſceptis.

Queritur VIII. Utrum Judex ſecularis contra Clericum degradatum ſibi traditum poſſit inſtituere novum proceſſum? vel formatum à Judice Eccleſiaſtico pro reviſione, an juſtè formatum fuerit, petere? vel utrum teneatur ſtare formato à Judice Eccleſiaſtico? Reſp. I. Certum eſt, quod Judex Laicus non poſſit indagare de valore & Juſtitia Proceſſus, quem in degradando Clerico formavit Episcopus; quia eſt materia merè ſpiritualis, & actus Ordinis Episcopalis, de qua materia cognoscere non valet Laicus, c. Decernimus. 2. c. Quanto. 3. c. Si Index. 12. de Sentent. excommuni. in 6. cum Concordantiis.

Ex eadem ratione certum etiam eſt, quod contra Clericum Degradatum non poſſit inſtituere novum Proceſſum, ſi delictum eſt merè Eccleſiaſticum: uti ſunt Heræſis, Apoſtaſia, ſacrilega celebratio Miſſæ, vel auditio Confeſſionis Sacramentalis, uti cum communi rectè docent Abbas in c. Ad abolendam. 9. de Heræticis. & ibi n. 12. Felinus n. 5. Clarus q. 97. n. 7. prout etiam ſuprà Tit. VIII. de Heræticis, à n. 45. ubi multa ad propoſitum doctriqæ præcedentis & præſentis numeri habes.

Reſp. II. Si crimen, ob quod Clericus ſuit depoſitus, eſt mixti fori, ita ut de illo per Laicum commiſſo aliàs cognoscere valeat Judex Laicus, cujuſmodi ſunt Simonia, adulteratio Monæſti &c. Judex ſecularis non tenetur ſtare Proceſſui per Judicem Eccleſiaſticum factò; ſed, ſi vult, poſteſt (eſt non teneatur) novum Proceſſum Degradatum inſtituere, eumque prout inveniatur, Legibus conformiter judicare, & punire. Abbas in c. 1. de Offic. Ordin. num. 14. Clarus §. ſin. q. 96. nu. 7. Layman. lib. 1. tr. 5. p. 3. cap. 5. n. 6. arg. Novell. 113. cap. 21. §. Si verò crimen. Ratio eſt; quia cum in tali caſu crimen mixti fori ſit, & Judex de valore Proceſſus à Judice Eccleſiaſtico factò non indagat, ſed abſolutè novum juxta Leges inſtituat, nullo modo materie, aut Jurisdictioni ſpirituali & Eccleſiaſticæ ſe immiſcet.

§. III.

De Infamia.

SUMMARIUM.

- 52 Infamia quid?
 53 Alia est Facti, alia Juris: Et hæc alia ipso Jure & Facto contrahitur, alia per Judicem infligitur.
 54 Infamia Juris ipso Jure vi SS. Canonum incurritur per delicta, ob quæ de Jure Civili eadem contrahitur, nisi sit specialis limitatio.
 55 Allegantur delicta ob quæ Jure Civili Infamia Juris ipso facto contrahitur.
 56 Delicta, ob quæ de Jure Canonico contrahitur Infamia ipso Jure.
 57 Ob delictum occultum nulla contrahitur Infamia.
 58 Qui per sententiam Judicis evadant Infames.
 59 Infames ipso Jure sunt irregulares.
 60 Excluduntur à Dignitatibus præsertim Ecclesiasticis.
 61 Actibus legitimis, & muneribus publicis.
 62 Ac etiam ob Hæreditate Testamento relicta, si agatur de inefficacio.
- 52 **Q**ueritur I. Quid, & quod duplex sit Infamia?
 Resp. I. Infamia est privatio, seu diminutio bonæ fame; sive ut loquantur Juris-Consulti, Infamia est lesa dignitatis status, vitæ, & moribus reprobatus. l. Cognitionem. §. 1. ff. de Extraord. Cognit.
 53 Resp. II. Infamia duplex communiter assignatur, videlicet Infamia Juris & Infamia facti. Hæc posterior accidit, quando quis tale aliquid perpetrat, propter quod ejus bona existimatio apud probos, & honestos viros læditur, licet ab ipso Jure expressè non notetur aliqua infamia, nec per sententiam irrogetur, arg. l. Neque Famosis. 2. C. de Dignitat. Infamia vero Juris est, quæ ipso Jure infligitur, seu decernitur in certa Crimina committentes. Idque adhuc fit dupliciter, ita videlicet, ut vel ipso Jure & facto Infamia contrahatur, vel primùm per sententiam Judicis secundùm Juris declarationem infligitur.
 54 **Q**ueritur II. Ob quæ crimina ipso Jure, & Facto contrahatur Infamia Juris? Resp. I. Regulam esse generalem, Jure Canonico omnes eos ceteri Infames, quicunque Jure Civili habentur Infames; nisi Infamiam Jure Civili introductam Canones speciatim sustulerint. Prior pars habetur clarè ex c. Omnes. 6. q. 1. ubi Hadrianus Papa inquit: Omnes vero infames dicimus, quos Leges sæculi infames appellant. Concordat c. Infames 6. q. 1. ibi: Infames esse dicimus, omnes, quos Ecclesiastica vel sæculi Leges infames pronuntiant. Altera vero pars probatur ex c. ult. De secundis nuptiis, ubi Infamia Jure Civili l. 1. C. De secundis nuptiis decreta mulieri intra annum lætibus nubenti sunt sublata.
 55 Resp. III. Jure Civili Infamiam Juris ipso Jure & facto contrahunt, sequentes videlicet. I. Qui, sive viri, sive femine, quaestuaria prostitutione lenocinium exercent, l. Athletas 4. §. 2. ff. De his, qui notant. infam. l. Palam. 43. ff. De Ritu nupt. II. Qui operam suam ad pugnandum cum bellis locant, l. 1. §. 6. ff. De Postulat. III. Qui quæstus causâ etiam cum homine ad privatum certamen descendunt, l. Quod ait. 2. §. 1. ff. De his, qui notant. infam. IV. Qui ex præfato quæstu histiones, ac turpes ludos agunt, ead. l. & §. fin. V. Qui bina Sponsalia, vel binas Nuptias eodem tempore constitutas habet, l. Quid ergo 13. ff. eod. VI. Qui promissorium con-

tractum Juramento apposito factum, cum possit non oblerat, l. Si quis major. 41. C. de Transact. VII. Hæretici, Authen. Gazaros. C. de Hæreticis. VIII. Usurarius manifestus, & usuras usurarum exigens, l. Improbum. 20. C. Ex quibus causis infamia irrogatur &c.

Resp. IV. Jure Canonico infames ipso facto sunt præter specificatos num. præced. etiam illi, qui uti tales declarantur, con. Infames. 17. cau. 6. q. 1. illis verbis: Infames esse personas dicimus, quæ pro aliqua causa notantur infamia, id est, omnes, qui Christianæ Legis normam abijcunt, & statuta Ecclesiastica contemnunt; similiter Fures, sacrilegos, & omnes Capitalibus criminibus irretitos, sepulchrorum quoque violatores, & Apostolorum seu Successorum eorum, reliquorumque Patrum statuta libenter violantes, & omnes, qui adversus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur: similiter incestuosos, homicidas, perjuros, raptos, maleficos, veneficos, adulteros, & de bellis publicis fugientes, & qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates Ecclesiæ abstrahunt injustè, & qui fratres calumniantur, & accusant, & non probant, vel qui contra innocentes, Principum animos ad iracundiam provocant, & omnes anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab Ecclesiâ pulsos, & omnes, quos Ecclesiastica vel sæculi Leges infames pronuntiant. Quibus accedunt alia delicta, de quibus suis in Titulis agitur.

Notandum tamen, quòd etiam non desint Doctores volentes, Infamiam esse recessivam etiam occultis delictis oriri; quia Infamia perpetratiois & non manifestationi criminis imposita est, uti cum aliis argumentatur Sylvester v. Irregularitas. quæst. 14. tamen probabilis est, eam non nisi ex crimine manifesto oriri, eò, quòd Infamia sit bonæ famæ seu estimationis apud alios diminutio, quæ utique non sequitur, ubi crimen est occultum. Abbas in c. Ex tenore 4. de Temporib. Ordin. num. 4. Sanchez lib. 2. Moral. cap. 26. num. 1. cum Communi, quòd si tamen crimen cum tempore evulgatur, illicò completa adesse censetur Infamia cum suis effectibus etiam ante ullam criminis declarationem.

Queritur III. Quinam sint Infames sententiâ Judicis? Resp. Omnes accusatos, & condemnatos de publico delicto, id est, tali, cuius accusatio cuius est permissa §. 1. Institut. de public. Jud. veluti sunt, Proditio, Crimen falsi, Adulterium, l. Infamem. ff. de public. Judic. Item Rapina, Furtum, expoliata Hæreditas, Injuria &c. licet enim hæc posteriora crimina non censentur publica, sed privata; tamen per sententiam Judicis condemnatoriam irrogant Infamiam, l. Infamem. l. Decuriones. §. 1. Furti. 8. l. Si expilasse. 12. C. Ex quibus causis irroget. infam. quam etiam ille incurrit, qui pretio conductus accusare omittit: Item de dolo malo vel calumnia, aut prævaricatione in publico Judicio commissa condemnatus, l. Esusibus. 6. C. Ex quibus causis infamia irrogat. ob quæ crimina condemnatus Infamis efficitur, etiam in sententia nulla fiat mentio de Infamia, ut cum aliis bene notat Perez in c. Ex quibus causis infamia irroget. nu. 12. dummodo sententia per appellationem non sit suspensa, sed jam abierit in rem judicatam. Sylvester v. Infamia num. 12. Molina de J. & J. disp. 9. n. 4. & deducitur ex l. Furti. 6. §. 1. ff. De his qui infamia notant.

Queritur IV. Qui sint effectus Infamiae? Resp. 59 sequentes potissimum. I. Infames sunt irregulares, ita ut neque Ordinem suscipere, nec in suscepto ministrare valeant can. fin. dist. 51. can. Infames. can. 6. q. 1. Navarrus cop. 27. n. 204.

II. In-

- 60 II. Infamia tam ex turpitudine Facti, quam à Jure proveniens excludit à dignitatibus & honoribus præsertim Ecclesiasticis juxta Regul. 85. Jur. in 6. ibi: Infamibus non pateant potestates dignitatum, & l. Neque famosis. 2. C. de Dignitat. eò quòd Dignitates & reliqua Beneficia Ecclesiastica non nisi ab illis admittantur, c. Inter dilectos. de Excess. Prælat.
 61 III. Infamia ulterius excludit ab actibus legitimis, & publicis muneribus, ac officiis, Judicis, Assessoris, Advocati, Accusatoris, imò etiam Testis, c. Testimonium. 54. de Testib. l. Testium. 3. §. ff. eod.
 62 IV. Infames repelluntur ab hæreditate Testamenti relicta, non tantùm si parentes, sed etiam si fratres: aut sorores de inofficioso agant, l. Fratres 27. C. de Inoffic. Testament. & ibi Brunneinan. n. 1.

§. IV.

De Irregularitate.

SUMMARIUM.

- 63 Irregularitas quid?
 64 Quomodo differat ab Excommunicatione, & Suspensione.
 65 Irregularitas alia est ex delicto, alia ex defectu.
 66 Irregularitas nunquam contrahitur, nisi in casibus à Jure expressis: Et num. seq.
 67 Vel ubi diuturna Ecclesiæ consuetudo illam inducit vult.
 68 Recensentur delicta, ob quæ Irregularitas contrahitur.
 69 Veluti sunt reiteratio Baptismi.
 70 Violatio Censuræ.
 71 Indebita susceptio Ordinis.
 72 Hæresis, & Apostasia à Fide.
 73 Homicidium, & mutilatio injusta.
 74 Omnia delicta inducentia Infamiam Juris.
 75 Dummodò sint publica.
 76 Irregularitas ex Infamia subinde ex parte cessat post peractam penitentiam.
 77 Recensentur Irregularitates ex defectu.
 78 Veluti sunt defectus animi.
 79 Quòd referuntur etiam Neophyti.
 80 Recensentur defectus corporis Irregularitatem inducentes: & quatuor num. seq.
 81 Irregulare ex defectu natalium quinam? Et duobus num. seq.
 82 Irregulares ex defectu ætatis qui?
 83 Irregulares ex defectu libertatis qui?
 84 Et Sacramenti.
 85 Irregulares ex defectu lenitatis, seu concurrentes ad justum homicidium, aut mutilationem, quinam?
 86 Irregularitatis effectus sunt, I. Privatio Ordinis suscipiendi.
 87 II. Privatio usûs Ordinis jam suscepti.
 88 III. Privatio Beneficii suscipiendi.
 89 Papa super quavis Irregularitate dispensare potest.
 90 Episcopus verò super ea, quæ proveniunt ex delicto occulto Excepto homicidio sicut & Capitulum Sede vacante.
 91 Prælati Regulares saltem Mendicantes in suis Subdiis quoque dispensant.

- 63 **Q**ueritur I. Quid, & quod duplex sit Irregularitas? Ante responsum nota, Irregularitatis nomen derivari à ly Irregulare, quod significat aliquid intra regulam non contentum. In proposito

tamen sumitur magis strictè, scilicet pro impedimento Canonico, quo quis excluditur à susceptione vel executione Ordinum. Et definitur à nostro Doctore Subtili. 4. sent. dist. 2. c. q. 1. dicendo: quòd sit inhabilitas ad susceptionem Ordinum, & executionem actuum Ordinis. Siquidem præcipuum Irregularitatis effectus est, per modum inhabilitatis aliquid impedire Ordinum susceptionem, & susceptorum usum. Et hoc modo Irregularitas est una ex septem Pœnis Canonici: & dicitur pœna saltem largè loquendo, juxta dicta.

Differt autem Irregularitas ab Excommunicatione, ne & Suspensione non obstante, quòd & hæc impediunt ab Ordinum susceptione vel receptione. Tum quia Irregularitas non est Censura Ecclesiastica, sicut Excommunicatio & Sensus, imò quandoque contrahitur absque ulla causa. Tum quia ipsa directè impedit susceptionem & executionem Ordinum, & quidem (quantum est ex se) ac nisi per legitimam dispensationem, vel cessante aliunde defectu tollatur) in perpetuum: Excommunicatio autem impedit quidem susceptionem & executionem Ordinum, sed indirectè tantùm ac mediatè, in quantum separat hominem totaliter à communione Fidelium, sub qua etiam comprehenditur communicatio in Sacramenti Ordinis susceptione & receptione. Sensus autem id ipsum facit, sed ad tempus duntaxat, ut ex infra dicendis patebit. Hoc prænotato,

Resp. II. Irregularitatem communiter dividi in 69 Irregularitatem ex delicto, & in Irregularitatem ex defectu. Differunt autem hæc duæ species quòd Irregularitas orta ex defectu, sæpius absque dispensatione tollatur sublato defectu: Irregularitas autem ex delicto semper maneat, donec legitimè in ea dispensetur.

Queritur II. In quibus casibus generatim loquendo contrahatur Irregularitas? Resp. cum Comuni, in iis duntaxat, qui sunt Jure expressi. Ita clarè desumitur ex c. Is qui de Sentent. excomm. in 6. ibi: Licet in hoc temerè agat, irregularitatis tamen (cum id non sit expressum in Jure) laqueum non incurrit.

Quin imò ex hoc textu rectè post alios insert Laymanus lib. 1. tr. 5. part. 5. cap. 1. n. 5. Irregularitatem non ab homine per sententiam, sed solo Jure communi seu Pontificio, non item particulari sive Episcopali imponi posse. Quin etiam (subjungit idem Author) defectus ille ob quem Irregularitas incurritur, debet esse specificè nominatus in Jure: neque ab uno ad alium casum ob similem, vel majorem rationem extensio fieri potest. Nam quia odiosa est & pœnalis restringenda est, non laxanda juxta c. Odia. de Reg. Jur. in 6. ac proinde qui dicit aliquem irregularem, debet dare causam Juris, inquit Fagnanus c. Si quis Presbyter, de Cleric. excomm. n. 5.

Interim tamen negari vix potest, aliquos Irregularitates sine Jure expresso ex communi Doctorum consensu, & diuturna Ecclesiæ consuetudine fuisse introductas: siquidem consuetudo est optima Legum interpretis; simulque, si est rationalis & diuturna, est constitutiva Juris, habetque vim Legis. Layman. loc. cit.

Queritur III. Quænam sint Irregularitates ex delicto? Resp. Exsequentibus capitibus eas oriri, nempe ex reiteratione Baptismi, ob violationem Censuræ Ecclesiasticæ, ex indebita susceptione Ordinum, ex delicto Hæresis, ex aliis delictis Infamiam inducentibus, & tandem ex Homicidio. De quibus omnibus singillatim hîc dicemus dempto Homicidio, de quo latè diximus supra Tit. XII. de Homicidio à n. 22.

Porro itaque oritur Irregularitas ex Baptismo li 4 serid, 69

ferio, atque scienter reiterato, tam ex parte Baptizantis, quam Re baptizati, arg. c. Ex litterarum de Baptizatis, & c. Qui in qualibet. 1. quest. 7. ac alibi. Haec tamen Irregularitas non incurritur ob reiterationem Sacramenti Confirmationis, cum id Jure cautum non sit, ac bene observavit Doctor noster subtilis, 4. dist. 6. quest. 8. Idem dicendum, si Re baptizatio fiat sub conditione, si non es baptizatus &c. quamvis temere, & non praemissa inquisitione debita, utrum Baptismus antea rite fuerit collatus necne, id accidat; siquidem Leges poenales debent intelligi cum effectu; non autem sit reiteratione Baptismi sub illa conditione collati, si ipse antea fuit valide collatus. Plura circa hanc Irregularitatem vide Tit. IX. de Apostatis, & reiterantibus Baptisma a num. 34.

70 **Secundo** oritur Irregularitas ex violatione Censurae Ecclesiasticae, de qua Irregularitate amplius vide Tit. XXVII. de Cleric. excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante a num. 5.

71 **Tertio** contrahitur Irregularitas ex indebita susceptione Ordinum: ut si quis fortive fuerit ordinatus; nam talis non potest in Ordine suscepto ministrare, neque ad alioem Ordinem promoveri, nisi cum eo legitime fuerit dispensatum, ut dicitur c. 1. & 3. De eo, qui fortive &c. & amplius habet Tit. XXIX. De eo, qui fortive, a nu. 10. Similiter, qui ab Episcopo excommunicato, interdicto, aut suspensio, Simoniaci, Schismatici, prout ex pluribus textibus Juris probat Navarrus loc. cit. n. 241. Omitto alios casus.

72 **Quarto**, Haereticis, Apostatae a Fide, Schismatici, & eorumque fautores, ac receptores (id est, qui favent haereticis, vel Schismaticis formaliter sumptis, seu qua talibus) sunt irregulares, arg. c. Quicumque de Haereticis, in 6. & c. Saluberrimum. 1. q. 7. & alibi. Requiritur nihilominus ad hanc Irregularitatem incurendam Haeresis externa, id est, signo exteriori sufficienter manifesta. De qua Irregularitate vide Tit. VII. de Haereticis. §. 5. a nu. 254 & Tit. IX. de Apostatis a num. 4.

73 **Quinto** inducitur Irregularitas ex homicidio & mutilatione, de qua late egimus Tit. XII. de Homicidio voluntario & casuali, a n. 22.

74 **Sexto**, omnes illi, qui sunt Infames infamii Juris (de quibus supra a nu. 55. diximus) simul prohibentur promoveri ad Ordines altiores, arg. c. Infames. 6. q. 1. ibi: Hi omnes, inquam, nec ad sacros gradus debent provehi.

75 **Ubi** tamen notandum, quod licet aliam Irregularitatem etiam ex occulto delicto externo contrahatur, arg. c. Nisi cum pridem. 10. v. Nos tamen de Renuntiatio & cap. fin. de Temporibus Ordinatis. juncto Concilio Tridentino Sess. 24. de Reformat. ubi concedit Episcopis facultatem dispensandi in Irregularitate ex delicto occulto (excepto homicidio) proveniente. Nihilominus cum Crimen occultum non pariat Infamiam, vel saltem tollatur per solam poenitentiam juxta dicta n. 57. non incurritur praefata Irregularitas, nisi crimina Infamiam Juris indecentia sint publica, dummodo excipiantur homicidium. Ita cum pluribus aliis Layman. loc. cit. cap. 4. num. 3. & defumitur ex cap. fin. de Temporibus Ordinatis. ibi: Si proposita crimina ordine judicario comprobata, vel aliis notoria non fuerint, non debent hi (praeter reos homicidii) post poenitentiam in jam susceptis, vel suscipiendis Ordinibus impediri.

76 **Quin** imò haec Irregularitas ex Infamia proveniens, solum impedit ascensum ad Ordines altiores, non vero post peractam poenitentiam impedit ministerium in Ordinibus jam susceptis, arg. cit. c. Infames 6. quest. 1. Quod intellige, nisi aliunde crimen inducat Irregularitatem impediendam ministerium in

Ordinibus jam susceptis, prout fit in haeresi, in homicidio, in violatione Censurae Ecclesiasticae per exercitium Ordinis &c.

Quaeritur IV. Quenam sint Irregularitates ex defectu? Resp. Esse sequentes, videlicet, quae proveniunt I. vel ex defectu animi. II. vel corporis. III. vel natalium. IV. vel aetatis. V. vel libertatis. VI. vel Sacramenti ex Bigamia. VII. Lenitatis. De quibus omnibus, etsi jam ex professo actum sit Lib. I. ac praesertim Tit. XIV. nihilominus partim breviter recapitulando, partim remissive de his agemus.

I. Itaque sunt & censentur Irregulares ex defectu animi, qui vel carent usu rationis, vel habent defectam omnimodae scientiae: hi enim Jure etiam naturali Divino arcentur a suscipiendis Ordinibus, utpote inepti ad munus tale subeundum singulis Ordinibus correspondens.

Huc adde Neophytos, id est, ex lege Judaica, 79 vel Ethnica nuper conversos ad fidem Christianam & baptizatos arg. cap. 48. dist. 48. ubi & hujus ratio additur illis verbis: Evidens namque est Apostolicum praecipuum, dicens. Non Neophytum, ne forte elatus in judicium incidat, & laqueum Diaboli, 1. Timoth. 3.

II. Sunt & censentur Irregulares ex defectu corporis; qui ita fuit corpore vitiat, ut vel absolute non possint peragere Ordinis ministeria, vel non sine aliorum honore. Ita defumitur ex can. Illiteratos. dist. 39. ibi: Illiteratos, aut aliquam parte corporis vitiatos, vel imminutos, nullus praesumat ad Clericatus Ordinem promoveri. Ubi glossa v. Imminutos, addit ly enormiter. Concordat c. Presbyterum. & c. Tua nos. de Clerico aegrotante. cum Concordantiis.

Sic Presbyter, cui medietas palmae cum duobus 81 digitis per praedonem fuit abscissa, Missam celebrare non permittitur, quia nec secure propter debilitatem, nec sine scandalum propter deformitatem membri hoc fieri potest; quamvis caeteris officiis Sacerdotalibus fungi valeat c. Presbyterum. de Clerico aegrotante.

Similiter censetur Irregularis propter notabilem 82 deformitatem, cui oculus erutus est, arg. c. Si evangelia. dist. 55. ibi: Nam illi, cui erutus est oculus, non possunt secundum Canones Sacerdotii jura concedi. Aliud foret dicendum de eo, qui caret solo visu dextri oculi, modo habeat utrumque oculum integrum; vel qui habet visum brevem, aut non videt sine perspicillis; quia hujusmodi vitium non inducit notabilem deformitatem.

Dixi notanter; qui caret solo visu oculi dextri. 83 Nam utrum carens visu oculi sinistri (quem stylus Romanus oculum Canonicum appellat, eo quod necesse sit videre ipso, ut celebrans Canonem Missae sine indecora, & nimia faciei conversione legere possit) sit Irregularis, major est difficultas. Et quidem affirmat communior Doctorum: alii vero id limitandum censent, si absque notabili deformitate seu indecentia Canonem legere nequeat.

Porro Irregularis non est, qui sex digitis in manu 84 habet; neque qui uno digito ex minoribus caret: neque gibbosus, nisi gibbositas sit conjuncta cum magna deformitate: neque claudus, nisi sit magna greisus deformitas, ita ut baculo vel pede ligneo uti debeat, quod indecorum foret in Altaris ministerio. In dubio autem, an corporis defectus sit enormis, ita ut magnam deformitatem siveque Irregularitatem inducat, nec ne, ad ordinarium Praelatum pertinet iudicium. Plura circa hoc Laymanus cap. 7. de Irregularitatibus.

III. Sunt, & censentur Irregulares ex defectu natalium, qui sunt illegitimè nati, arg. cap. 1. de Filiis Presbyt. cum concordantiis. Et haec Irregularitas in-

introducitur est partim in detestationem paterni sceleris; partim ob turpitudinis notam, quam filius ex tali natiuitate juxta communem hominum existimationem contrahere censetur; partim quia timeatur, ne filius paternae incontinentiae imitator existat, ut observat Glossa in cap. fin. de Filiis Presbyt. in 6. v. Defectu.

86 **Intelligit primò**, nisi tales per subsequens matrimonium legitimum, arg. c. Conquestus. & c. Tania. Qui filii sint legitimi &c. & alibi. Quia subsequens Matrimonium fictione Juris retrahitur ad tempus conceptionis. I. Natiuitatis. Idque favore librorum, prout amplius declaravimus Lib. IV. Decretalium. Tit. Qui filii sint legitimi, n. 14. & 15.

87 **Intelligit secundò**, nisi Illegitimus Religionem intraverit: Nam tunc filii illegitimi possunt ad sacros Ordines promoveri, non tamen ad aliquam Praelaturam, ut habetur cit. cap. 1. ex fornicatione nati ad sacros Ordines non promoventur: nisi aut Monachi vivunt, vel in Congregatione canonica regulariter vivunt; Praelationem vero nullatenus habeant.

Caeterum de hac Irregularitate amplius vide Lib. I. Tit. XVII. de Filiis Presbyterorum. non ordinandis.

88 **IV. Sunt & censentur Irregulares ex defectu aetatis**, illi qui nondum habens legitimam aetatem ad receptionem Ordinum requisitam, de qua novissime plura statuit Concilium Tridentinum Sess. 23. cap. 11. & 12. de Reformat. quae Irregularitas tam diu durat, quam diu durat talis defectus aetatis, arg. cap. ult. de Temporibus Ordinatis. cum Concordantiis. Adveniente autem legitima aetate absque alia dispensatione cessat.

89 **V. Ex defectu libertatis** inducitur Irregularitas pluribus in casibus. Primò in Servis seu Mancipiis, ut patet ex toto Tit. XVIII. libri I. De servis non ordinandis. & alibi. Secundò in conjugatis: nam conjugati non admittuntur ad Ordines sine licentia uxoris, votum continentiae emittentis, c. Uxoratus. De conversione conjugatorum. Tertio obligati ad rationem, & hujusmodi, de quibus plura Doctores, de qua Irregularitate vide Tit. XIX. libri I. Decret. De obligati ad rationem non ordinandis.

90 **VI. Contrahitur Irregularitas ex defectu Sacramenti, seu Bigamiae**, de qua vide Lib. I. Tit. XXI. de Bigamis non ordinandis.

91 **VII. Irregularitas** contrahitur ex defectu lenitatis, quam omnes homicidium vel mutilationem etiam iustam mandantes & cooperantes ad eam incurrun, de qua Irregularitate late vide hoc Lib. Tit. XII. §. III. a num. 75.

92 **Quaeritur V. Quos effectus pariat Irregularitas?** Resp. Tres potissimum. Quorum primus & principalis est privatio Ordinis suscipiendi, can. Curandum. 6. can. Si cuius uxorem. 8. dist. 34. cum Concordantiis, etiam prima Tonjura. Navarrus de Temporibus ordinatis. Consil. 24. n. 1. Garciae p. 7. cap. 12. num. 30.

93 **Secundus effectus** est privatio usus, seu exercitii Ordinis jam suscepti aliquos, vel si totalis est, cuiuscunque, arg. c. fin. de Temporibus Ordinatis. c. Ad audientiam, de Homicidio. cum Concordantiis.

94 **Tertius effectus** est privatio Beneficiorum obtinendorum, si Irregularitas totalis est, arg. c. Dudum. 12. de Elect. c. fin. de Cleric. duell. Ratio est, quia hoc ipso, quòd Beneficium detur propter Officium, c. fin. de Rescriptis. in 6. & Irregularis Officii divini capax non sit, etiam Beneficium obtinere non potest, arg. c. fin. de Cleric. excom. Ministi. Ex cuius Capituli textus Sylvester v. Excommunicatio q. nu. 4. Palao Tract. 29. disp. 6. p. 5. n. 27. Suarez Layman, & alii deducunt, collationem Beneficii Irregulari factam, esse quidem irritandam, non tamen ipso Jure irritam.

Ratio est; quia sicut Irregularitas non nisi in casibus Jure expressis datur, cit. c. 15. qui. sic quoque eodem effectu alii, quam qui in Jure expressi, tribuendi non sunt.

Quaeritur VI. Quorum dispensatione, vel aliis 95 tollatur & cesset Irregularitas? Resp. I. Summus Pontifex super quavis Irregularitate, sive ex delicto, sive ex defectu proveniente dispensare potest. Unanimis. & certa Ratio est; quia quovis non nisi Jure Ecclesiastico est introducta, can. Sum quidam. am. 6. can. 25. q. 1. c. Proposuit. De concess. Praebend. In Jure autem Ecclesiastico Papam dispensare posse, palam est.

Resp. II. Episcopi quoque in omnibus Irregularitatibus ex delicto occulto provenientes, & ad Forum contentiosum non deductis (excepta ea quae ex homicidio voluntario provenit) cum suis subditis per se, aut Vicarium suum generalem specialiter mandato ad id praedictum dispensare possunt, textu expresso Concilii Tridentini Sess. 24. cap. 6. de Reformat. quae potestas, quia Jure ordinario Episcopis competit, etiam ad Capitulum Sede vacante transit, uti & competit Abbatibus, ac aliis Praelatis jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus cum Abbate in c. Verum. 7. de Foro competent. num. 9. & Felmo in c. Eam quae de Rescriptis. bene docet, Sanchez lib. 8. de Matrimon. disp. 20. n. 10.

Resp. III. Praelati Regulares saltem Mendicantes cum subditis suis saltem pro Foro contentiae dispensare possunt super quavis Irregularitate etiam ex Bigamia, & homicidio (dummodo hoc notorium non sit) Rodriguez Tom. 1. q. Regular. q. 24. art. 13. & videre est passim in Compensatis Privilegiis. Imò Irregularitas ex defectu natalium orta per ipsam Professionem Religionis tollitur, ita tamen, ut etsi ad Ordines, tamen ad Dignitatem aliquam promoveri non valeat. c. 1. de Filiis Presbyterorum.

§. V.

De Poenis Ecclesiae magis temporalibus:

SUMMARIUM.

- 98 Enumerantur Poenae Ecclesiasticae temporales.
- 99 Poena pecuniaria quae? licite imponitur, ita tamen ut non Judici Ecclesiastico, sed causa pio applicetur.
- 100 Olim limitabatur haec doctrina.
- 101 Hodie tamen passim & universaliter procedit.
- 102 Solvitur obiectio.
- 103 Si Episcopus est pauper, potest Poenam pecuniariam sibi, aut fabricae Jure Ecclesiae applicare.
- 104 Poena Verberationis quid importet? Et qualiter sit in usu?
- 105 Poena Torturae quid? an, & quando contra Clericos adhiberi valeat?
- 106 Poena Exilii, seu Relegationis quid?
- 107 Poena Carceris, vel Carceratio seu ad custodiam infligi potest, & quando.
- 108 Vel ad Poenam etiam perpetuam?
- 109 Ob quae crimina Carcer perpetuus infligatur?
- 110 De Poena Carceris, & effectu illius in nostro Ordine. Remissive.
- 111 Detrahitur in arctum Monasterium hodie non amplius est in usu; loco illius imponuntur Tritemes, vel perpetui carceres.
- 112 Poena confiscationis bonorum quoque clericis imponi potest, & quomodo?

Quaeritur. Quenam, & qualiter in usu sint 98 Ecclesiasticae Poenae temporales? Resp. I. Poenae Ecclesiae

Ecclesia temporales sunt sequentes. Videlicet I. Poena pecuniaria. II. Verberatio. III. Tortura. IV. Exilium, seu Relegatio. V. Incarceratio. VI. Arcium Monasterium. VII. Confiscatio bonorum. De quarum singularum natura & usu, singulares sequentes Conclusiones. Hinc

99 Resp. II. Poena pecuniaria in hoc consistens, quod Delinquens, loco alterius poenae, vel una cum alia certam summam pecuniariam solvere debeat, licet & valide a Judicibus Ecclesiasticis imponi potest, ita tamen, ut regulariter loquendo non ipsi Judici, sed causis piis applicetur. Covarruvias lib. 2. Variar. Resolut. cap. 9. num. 8. Abbas in c. Licet. 3. h. t. num. 8. & ibidem Fagnanus num. 97. Barbosa n. 4. Farinacius Prax. Criminal. q. 19. num. 5. & alii communiter arg. Statutum. 55. cau. 16. q. 1. c. Dilictus. 8. de Offic. Ordin. c. Pistoris. 14. de Jure. ubi poena pecuniaria expressè etiam praescribitur, ibi: Ipsam poenam pecuniariam punias, vel alia temporalis. cum Concordantiis. Ratio est; quia haec poena subinde magis quam alia a Delinquentibus timetur, indeque ad coercenda crimina nonnunquam magis deservit. Unde etiam praxi ferè ubique recepta cenatur.

100 Dicitur tamen notanter; ita tamen ut regulariter loquendo, non ipsi Judici &c. licet enim olim satis recepta fuerit doctrina Covarruvias loc. cit. nu. 9. distinguendo dicentis, quod in casibus & delictis, pro quibus ex Lege statuto, aut consuetudine Poena pecuniaria est definita, possit eam Judex sibi applicare, nisi ex eodem statuto aut consuetudine in causas piis, vel in compensationem injuriae, vel damnum passum esset convertenda. In illis verò casibus, in quibus Judex solo arbitrio suo Poenam pecuniariam imponit, eam sibi applicare nullatenus valet; cum in his, non item in illis casibus avaritiae suspicio subsistit.

101 Tamen hodie post Concilium Tridentinum praefata distinctio non amplius procedit, sed absolute tenendum est, Poenas pecuniarias a Judicibus Ecclesiasticis impositas, causis & piis locis applicari debere Barbosa de Offic. & potest. Episc. Allegat. 107. n. 19. Diana p. 10. tr. 8. resolut. 2. §. Ad haec omnia quanta, in Summ. Bullar. v. Poena pecuniariae. pag. 205. Ratio est; qui ita expressè statuitur à dicto Concilio Tridentino Sess. 25. de Reformat. cap. 3. ibi: Licet eis (Judicibus Ecclesiasticis) si expedire videbitur, in causis civilibus ad Forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscunque etiam Clericos per multas pecuniarias, quae locis piis ibi existentibus, eo ipso, quod exaltae suae int. assignentur &c. procedere, & causas definire. Accedunt Declarationes Cardinalium, quas refert Barbosa & Diana loc. cit. quae etiam habent, quod, nisi Episcopus sit pauper, poenas pecuniarias nec possit applicare fabricae Ecclesiae Cathedralis, aut donis Episcopalis, sed debeat illas aliis locis piis applicare.

102 Nec obstant, qui obijciuntur, textus Juris c. Irrefragabili. 13. §. fin. de Offic. Ordin. c. Ut Clerico. 13. De vita & honestat. Cleric. & c. Licet. 3. h. t. ubi expressè prohibitum videtur, pro delictis poenas pecuniarias imponere: Tum ne avaritiae detur locus: Tum ne delicta invalescant: quia nullam Reus permissit culpam, quam redimere numeris exiisimat, can. Pauper. 72. cau. 11. q. 3. Respondetur enim praefatis Juribus prohiberi solum poenas pecuniarias, quae ex avaritia, & lucri cupiditate, aut non observato ordine judiciario imponuntur, minima verò, quae piis causis, & locis applicantur. Ad rationem responderetur, eam procedere, si cuncta crimina ordinariè solà pecuniaria poenà plecterentur, non verò, si id spectatis personae & delicti circumstantis fiat, & ubi apparet, hanc poenam

magis aut aequè timeri quam corporalem servare. Illud tamen notandum, quod si Episcopus verè esset pauper, sufficientem ex redditibus Episcopatus sustentationem pro suo statu non habens, possit poenas pecuniarias sibi fabricae Ecclesiae Cathedralis, aut donis Episcopalis applicare; prout allegatis Cardinalium Declarationibus rectè docet Barbosa loc. cit. & in Concil. Trident. loc. cit. numer. 25.

Resp. II. Per Verberationis, seu Flagellationis poenam intelligitur verberatio moderata, ne ad sanguinis effusionem deveniat c. 1. de Calumniat. & c. In Archiepiscopatu. 4. de Rapt. quae est in plerisque locis in delictuendum abiecti, tamen adhuc fieri potest, prout dictum jam est Tit. II. de Calumniat. n. 10.

Resp. II. Per Torturam intelligitur gravior poena corporis afflictiva ad hoc imposita, ut Reus ad fatendam veritatem adigatur: Cui licet de Jure antiquo Clerici non poterint subijci, prout ex h. Militia. 8. c. De questionibus & etiam Concil. Matrisconensi I. can. 19. desumitur; tamen hodie à Tribunalium Ecclesiasticorum consuetudine & praxi recepta, Clerici etiam Sacerdotes torqueri possunt, prout cum aliis observat Farinacius Prax. Criminal. quest. 9. num. 7. Guazius Defens. Reorum. 33. cap. 10. num. 3. qui tamen rectè monet, ob praesumptionem innocentiae fundatam in Ordinibus & status dignitate, majora quam in Laico requiri criminis indicia. Addit Clarus §. fin. q. 64. num. 24. Clericos praesertim Sacerdotes, si torquentur, mitius quam Laicos torqueri debere ob reverentiam statui debent; qualiter in nostro Ordine fieri possit & debeat Tortura vide Tit. I. d. num. 472.

Resp. IV. Per poenam Exilii, seu Relegationem ordinariè intelligitur sola Relegatio extra Diocesim, quam Episcopus contra Clericum delinquentem adhibere hodie adhuc potest, & solet. c. 1. de Calumniat. can. Cum beatus. 8. dist. 45. cum Concordantiis, quod si Episcopus ob gravitatem delicti etiam civitatis & patriae Jura Clerico adimere, si quoque perfectum Exilium in eum decernere velit, brachium saeculare ad id implorare debet. c. Si quis. 2. de Clerico excommunicat. juncto Concilio Tridentino Sess. 24. de Reformat. cap. 8. eo quod penes Ecclesiam non sit Exilium tam strictum indicere. Barbosa in cit. c. Si quis. n. 4.

Resp. V. Incarceratio, seu Carcer dupliciter decerni potest contra Reum etiam Clericum, videlicet primò solius Custodiae causà, quando nempe Clericus suspectus est de fuga, c. si Clericus. 15. de Sentent. excommunicat. in 6. vel ne impediatur ab subornet testes, prout aliis allegatis bene docet Ludovicus de Ameno Prax. Criminal. Tit. Reus. §. 2. nu. 6. quo tamen in casu locus Carceris quantum circumstantiae admittunt, debet esse honestus, & corporis non afflictivus; simulque praecedere informatio saltem extrajudicialis de infamia Rei, vel indicis criminis ad constituendum Reum sufficientibus, eò quod Incarceratio etiam solius custodiae causà asserere solet infamiam & praesudicium non facile reparabile. Jafon in l. Si se. 4. §. 6. ff. de Judiciis. Felinus in c. Cum super. 17. de Sentent. & re judicat. Ludovicus de Ameno loc. cit.

Secundò decernitur, & accipitur pro Poena, in quo casu proprio formaliter dicitur quis incarcerari, & esse in formali Carcere, in quo sensu, est de Jure communi ad perpetuos Carceres detruhi potuerint soli serv. l. Servi. 10. C. de Poenis non item liberi homines. l. Incredibile. 6. C. de Jure tamen Ecclesiastico & recepta praxi non dicitur formali Carcer tam perpetuus, quam temporalis pro poena infligatur

gitur Reis, c. Excommunicamus. 15. de Haereticis. c. quomvis. 3. h. t. in 6. ibi: Quomvis ad reorum custodiam non ad poenam Carceris specialiter deputatus esse noscitur, nos tamen non improbamus, si subiectos ibi Clericos confessos de criminibus, vel convictos (eorum excessibus, & personis, ceterisque circumstantiis provida deliberatione pensatis) in perpetuum, vel ad tempus, prout videris expedire, carceri mancipes ad poenitentiam peragendam.

109 Ubi notandum, quod Carcer perpetuus Clerico in poenam decerni non possit, nisi ob crimina in Jure expressa, vel ob quae in saeculo poenà mortis infligitur, ut cum Innocentio in c. Tue. 6. h. t. notat ibidem Abbas num. 5. In quo casu est ob criminis valde enormis atrocitatem Carcer exasperari possit, ita, ut non nisi pane doloris, & aqua angustiae sustentetur, c. Novimus. 27. de V. S. & contra vitae subsidium, mortis solatium invocet, c. Felicitas. 5. §. Si quis verò h. t. in 6. tamen vitae necessaria non sunt subtrahenda.

110 Qualiter in Ordine nostro circa incarcerandos procedi debeat: & quos effectus Carcer formalis in poenam impositus secum trahat, vide Statuta generalia cap. 5. & cap. 6. item Ludovicum de Ameno in Prax. Criminal. Tit. poenarum genera d. num. 73.

111 Resp. IV. Detrusio in arcium Monasterium antiquo Jure solita, c. Pervenit. 2. de Adulterio. c. Inter. 10. de Purgat. Canon. c. Tue. 6. h. t. cum Concordantiis hodie in delictuendum abiit, & loco illius vel Tyrænes, vel Carceres perpetui insurguntur. Fagnanus in c. Cum non ab homine. Farinacius in Prax. Criminal. q. 119. n. 155.

112 Resp. VII. Confiscatio bonorum Clericis quoque imponi potest, c. Urgentis. 10. de Haereticis. c. Cum secundam. 19. ibidem in 6. c. Super. 25. de V. S. ita tamen, ut bona confiscata applicentur Ecclesiae, in qua Clericus Beneficium habuit, arg. c. Excommunicamus. 13. §. Dammati. de Haereticis, quod si Clericus nullum Beneficium habuit, bona illius confiscata veniant ad Fiscum Ecclesiae vel Episcopi, convertenda in pios usus. Farinacius Prax. Criminal. q. 190. a. n. 154. notat tamen Sanchez lib. 2. Moral. c. 20. n. 25. quod si Clericus Beneficium non habet, Fiscus secularis, quoad bona Clerici patrimonialia aegre cedat.

TITULUS XXXVIII.

De Poenitentis, & Remissionibus,

SUMMARIUM.

- 1 De hac Rubrica Remissio, excepto Sigillo Confessionis.
- 2 Sigillum Confessionis quid? & quomodo ad illud tenentur?
- 3 Poena violantis Sigillum olim prater depositionem erat perpetua peregrinatio, vel detrusio in arcium Monasterium.
- 4 Hodie verò prater depositionem est Carcer perpetuus.
- 5 Ad quam tamen incurrendam poenam requiritur, ut violans Sigillum sit Sacerdos.
- 6 Verum aliquod peccatum mortale, vel veniale in specie reitans.
- 7 Idque praesumptivè, seu graviter peccaminosè.
- 8 Manserit alicui alteri, quam poenitentis.
- 9 Judex in causa Violati Sigilli est solus Ecclesiasticus, & quidem ordinarius Violantis Sigillum.
- 10 Solvitur obiectio de sumptibus ab exemplis contrariis.

- 11 Ad formandum processum contra violatorem Sigilli non requiritur licentia poenitentis.
- 12 Si Violator sigilli fuerit se reum, punietur poenà ordinaria.
- 13 Si dicit, se peccatum vi notitia alicuius habita manifestasse, probare debet, unde illam notitiam habuit.
- 14 Si dicit, se cum licentia poenitentis revelasse peccatum, debet probare licentiam sibi datam, casu, quo poenitens, est delator.
- 15 Secus est, si alicuius est accusator.
- 16 Etiam si poenitens sit accusator, creditur Confessorio, si est ceteroquin integra fama, & vitae.
- 17 Si ceteris paribus dubium est, creditur Confessorio.
- 18 Ad probationem Violati sigilli sufficiunt testes singulares.

Agitur hoc Titulo praecipue de virtute & Sacramento Poenitentiae. Verum quia haec materia poenitentis Theologica est, & de hac Theologi ex professo tractant, nil de ea hic agentes lectionem ad Theologos, & nostram Theologiam Moralem remittimus, illa duntaxat breviter tangentes, quae circa Sigillum Confessionis Sacramentalis ad Jus Canonicum spectare videntur, videlicet de Judiciis, & Poenis frangentium Sigillum Confessionis. Hinc

Quaeritur I. Quae sint poenae violentiam sigillum confessionis Sacramentalis? Antè responsum suppono, & naturam, & gravissimam obligationem servandi sigillum Sacramentale, seu non revelandi sed secreta tenendi peccata cuncta, quorum notitia ex sola confessione sacramentali, etiam simulata, vel aliis invalida, vel occasione confessionis sacramentalis habemus, adeo ut est ad illud principaliter, & primariò obligetur sacerdos confessionem sacramentalem percipiens; secundariò tamen, & per accidens etiam reliqui quicumque tandem ad idem teneantur, ad quos notitia alicujus peccati in confessione sacramentali detecti, sive immediatè, sive mediatè, sive justè, sive injustè devenit, ut proin praeter alios etiam sequentes graviter teneantur ad sigillum videlicet, qui potestate absolvendi carentes, peccata bonè fide confitentis, vel ex ignorantia, vel malitia exceperunt, qui confitentis pro adstantes unum vel plura peccata illius etiam contra voluntatem suam, vel ex industria audierunt: qui alterius peccata ex confessione scripta & sic in confessionali deposita legerunt: Illi quibus confessorius vel ex inadvertentià, garulitate, vel malitia manifesta vit peccata confitentis: Illi, quos confessorius de licentia poenitentis ratione peccatorum in confessione auditorum consuluit: Illi, à quibus petita est licentia absolvendi aliquem à casibus reservatis: Item qui ex necessitate peccata sua alicui voce confitentem v. g. furdaltrum, aut moribundum, aut in naufragio constitutum audierunt. Item internuntii & interpretes poenitentium: & alii similes, de quibus & etiam Theologiam nostram moralem vid. v. 14. Dist. 9. q. 3. quo supposito

Resp. I. Propter gravitatem, & toti Ecclesiae summe praesudiciosam malitiam violanti sigilli sacramentalis Ecclesia semper subiecit & adhuc subiecit gravissimis poenis sacerdotes sigillum sacramentale violantes, adeo, ut antiquo Jure ab ordine sacerdotali deponi, & quavis stabili mansione privati perpetuò ignominiosè circumire debeant. Can. Sacerdos. 2. Dist. 6. de Poenitentia. ibi: qui hoc fecerit sigillum videlicet violaverit) deponatur, & omnibus debis vitae suae ignominiosus peregrinando pergit; quae tamen peregrinandi poena utpote in opprobrium Ordinis clericalis, & spirituale damnum peregrinantis ob